







16
17
18
19
20
21
22
23
24



1710.

- 16. Heykin, Fr. Samuel: De causis juramentum suspectorum respectu
 filius.
- 17. Heykin, Fr. Samuel: Re absolute per sententiam injustam et
 effectus civiles non obligatio 2 Sept. 1706 & 1745
- 18. Heykin, Fr. Samuel: De mora iudicis
- 19. Heykin, Fr. Samuel: De iudice non promissa, non praestanda
 3 Sept. 1710 & 1742
- 20. Heykin, Fr. Samuel: De natura sponsionum et pignione
 2 Sept. 1710 & 1738.
- 21. Heykin, Fr. Samuel: De origine et usu iurisdictionis eccle-
 siasticae.
- 22. Heykin, Fr. Samuel: De cautelis circa quant. Latens
 in controversia in processu civili observandis
- 23. Heykin, Fr. Samuel: De praescriptione rerum per mare
 et statuum secundum statuta Hamburgensia.
- 24. Heykin, Fr. Samuel: De qualitate et jure personarum
 matrimoniarum contrahentium



- 25^o = Strzykius, Jo. Samuel : De officio principis circa
scandala.
- 26^o = Strzykius Joann. Samuel : De officio principis circa
scandala. 3 A. 2. 1717.
- 26 = Thomarius, Christianus : Fac. Jus ordinarius : Capitul.
Legem juventuti lectiones publicas . . . et privatae . . .
indicit
- 27^a = Thomarius, Christianus : De natura pecuniarum juridicarum.
3 Saupl. 1760 = 1726.
- 28^a = Thomarius, Christianus : De originibus feudatibus
- 28^b = Thomarius, Christianus : De originibus feudatibus.
Altd. 1749.
- 29^a = Thomarius, Christianus : De felonis domini. 2 Saupl.

11

...
...
...
...
...



[Faint, illegible handwriting on aged paper]



1710 39.
130
3
ARCHIATRO SUMMO DEO
DUCE ET AUSPICE!
DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
QVA

AD FECTUS PECTORIS,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO, AC DUCATUS MAGDEBUR-
GICI GUBERNATORE, RELIQUA,

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
GRATIOSO FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU
PRÆSIDE

DN. GEORGIO ERNESTO STAHL,
MED. D. EJUSD. ET RER. NATUR. PROFESS. PUBL. ORDIN.
ACAD. NAT. CUR. COLLEG. LONG. DIGN. FACULT. MEDIC. P. T.
DECANO SPECTATISSIMO,

DN. PATRONO, DOCTORE AC PROMOTORE SUO
omni observantia atque Honoris Cultu et atem colendo,

PRO GRADU DOCTORALI

Summis in Utraque MEDICINA HONORIBUS, Insignibus, & Pri-
vilegiis, majorum more solenni legitime impetrandis,
IN AUDITORIO MAJORI

D. Junii Anno M DCC X. H. L. C.
Publico Eruditorum Examine subjicit

FRIDERICUS GESNERUS,
192 BRIGA SILESIUS. 675

Hale Magdeb. Litteris Christ. Henckelii, Acad. Typogr.

V I R O
PLVRIMVM REVERENDO,
ATQVE
DOCTISSIMO
DN. FRIDERICO
GESNERO,
VERBI DIVINI MINISTRO ATQVE PA-
ROECIAE RANKOVIENSIS PASTORI
QVAM OPTIME MERITO LONGEQVE DIGNISSIMO,
DOMINO SVO PATRVO,
EVERGETAE, MAECENATI, PARENTIS LOCO OMNI
OBSERVANTIAE, HONORIS ET AMORIS CVLTV
AETATEM PROSEQVENDO

Dissertationem hanc Inauguralem

in Observantiæ debitæ atque Amoris perpetui
Argumentum
consecratam esse vult
obsequiò æternò obstrictissimus

FRIDERICVS GESNERVS.





Q. D. B. V.

PROOEMIUM.



Uamvis jam ab antiquis temporibus
variae veluti Traditiones ad succe-
dentes Aetates dimanaverint, qua-
rum veras atque proprias Rationes,
non aequè in promptu sit perspice-
re, ubi tamen sub attentiore proprio
Scrutinio, rationes aliquae iustae oc-
currunt, propendet semper Ani-

mus in eam sententiam, quasi etiam antiquissimi harum re-
rum Observatores, talem aliquam Causam praè Oculis ha-
bere potuerint, res illas eò modò atque modulò tradendi,
qui talibus Causarum respectibus quàm maximè quadrat
& consentit. Consideratio equidem anatomica jam à sa-
tis remotò temporis tractù secundum tres Cavitates seu
Ventres. Caput, Pectus, Abdomen, potuit institui, etiam
enudò obviò fieri, & qualicunq; conspicuò mutuò nexù
partium in illis contentarum. Quomodo verò etiam
Morborum Commemoratio, secundum hanc eandem
seriem, instrui & deduci cœperit, non tam aequè perspicu-
um apparet; imprimis, si ad usitatos respectùs & Influxùs
causalis ordines animus dirigatur: Vtpotè quò intuitu vix
quis-

quisquam dubitaverit rectius longè enarrationem effectum, majore jure sub uno quasi Systemate Causarum effectuum ob oculos poni, quam ut à subiecto sparsim diffito, tanquam sà potiori, Commemorationis talis ordo adoretur. Quamlibet autem hæc difficultas maximè omnium premere videatur recentiore Scholam medicam; nisi quidem excusare sese malit per Universalitatem, & quasi generalissimam potestatem præcipuæ à se suppositæ, licet maximè multiformis Humorum Dyscrasiæ, quæ nempe nullo ordine, respectu aut Nexu observatur, prout in hanc illam Regionem, & qualemcunque hujus partem, per occasionales Causas introducta est, ita Energiam suam illic in Effectum deducere etiam credi debeat: Non potest tamen ullo modo dissimulari, quod etiam antiquiores non tam æquè disertè hujus sui Coepti rationem adferant, sed magis propemodùm appareant, vel simplicem Ordinem Conspectus sequi; vel ab antiquissimis temporibus per manus quasi traditam seriem, retinere & servare voluisse. Nequè certè haberemus, quod de ullo ævo aliter sentiremus, nisi Hippocrates III. Aphor: Sect: postremis propemodùm textibus elocutus esset Observationem illam, quæ sola facit, ut tota Schola medica maximæ ἀεληψίας notam vix effugere possit; monendo nempe, quod certis ætatibus certi Morbi incumbant: Et hoc ipso horum Catalogo, si res cum debita attentione expenditur, velut implicitam talem inclinationem Morborum ad certas Regionem Corporis, earumque tam ambitum, quam totum Complexum, velut digitò intentò designans. Ubi, licet certissimum sit, quod etiam ipse Hippocrates totam Enumerationem harum Constitutionum non profus absolverit; erat tamen certè omni modò & respectu, non solum justius, sed
 pro-

propemodum etiam facilius, supplere, ubi ille defecerat: Et ita tandem verum ultimum & sub hoc solidissimum usum hujus rei, stabilire, imò demonstratum dare. Ne verò in minus utilibus Personarum respectibus tempus perdamus quibus intellectum, aut pro dignitate consideratum fuerit negotium hoc, quomodo & quales Morbi etiam verè secundum regiones diversas Corporis, cooriri & sese exferere soleant; suffecerit pronunciaffe, quod utique tales Morbi Fundamentum suum habere sentiantur in ipsis differentibus periodis ætatum: Ita, ut Juniori ætati, maximè circa supremam regionem, Capitis atque Colli, tanquam originarii & directi quidam Morbi eveniant; Adultæ propemodum, & succedenti, juvenili, [ab xviii. ad xxxv. annum, definit Hippocrates,] circa ipsum præcipuè Pectus, & confinia hypochondriaca superiora: Viris, per Complexum abdominis seu potius totius hujus infimæ Cavitatis: Senibus, à Lumbis ad infimos pedes, Affectus certi præ aliis, obtingant. Ut aded, quemadmodum certi ambitus ætatum, certi dantur Morbi, ita etiam certi ambitus regionum Corporis, præ aliis, tales dentur Morbi, imprimis veluti reciprocam talem rationem observantes, cum ipsis ætatibus. Dico autem, quod tales, nostræ acceptionis, totorum districtuum talium seu regionum Corporis, Morbi, non ita fortè ab oberrantibus ejusmodi Causis, per nudas Occasiones incidant; sed potius, & cooriendi certas magis & conspicuas antecedentes Causas agnoscant: Et inter se ipsas quoque talem nexum habeant, ut unus talis Affectus in alterum veluti transire, & tanquam destinatione potius, quam ullo Casu, uni tali regioni præ aliis incumbere, imò circa illam quasi mutuò contendere, observentur.

Loquimur autem de talibus Morbis, qui à nullâ quasi magis directâ externâ vi, ortum suum ducunt ; sed magis ab ipsius Corporis Oeconomix velut insitis, Materis & Motibus, dependent. Placuit nobis aliquod hujus rei Specimen, Dissertationis inauguralis loco exhibere, ADFECTVS PECTORIS, qui illi re verâ itâ quasi directè atquè propriè citra vim quamcunque per accidens illatam, impendunt.

DEVM autem Ter Optimum Maximum, ut nostrum Cœptum feliciter procedere faciat, & Animum in solidam Veritatis Agnitionem clementissimè dirigat, humillimè invocamus!

§. I.

PECTORIS ADFECTUS perlustrare dum aggredimur, non incommodum erit, aliqua præfari, de genuino sensu, sub quo his Vocabulis uti, nobiscum constituimus. Vbi videlicet, non tam quaslibet Læsiones, quæ *pectori* incuti possunt, imprimis ab *accidentalibus*, *extrinsecus* incurrentibus, *violentis*, Causis: Sed magis ab *internis*, & quasi domesticis, Oeconomix Corporis, veluti magis directis, *negotiorum* atquè Motûs aberrationibus: Ut ad eò non tam quoslibet Morbos, qui *pectori* obtingere, aut in *pectus* infligi quoquo modo possunt, nobis sumamus explicandos: Quàm potius veros pectoris ipsius, *propriis* magis, quàm cum aliis regionibus aut partibus veluti *communes*, Adfectus. Sicut enim v. g. non magis *pectori*, quàm ulli alteri Corporis parti atquè regioni, evenire potest *Vulneratio*, *gravis Contusio*, *Contusoria Concussio*, *contusoria Inflammatio*, *concussoria ruptio*: invadens, aut halitu recepta, *Erosio*: aliundè repercussa seu retrocedens *Oppressio*, *Erysipelacea*, aut *ulcerosa*, &c. Ita ad huius generis *accidentalia*, & cum aliis par-

partibus *communis*, pathemata, quæ tam uni quàm alteri evenire possunt, considerationem nostram extendere, in animo non habemus. Sed insistemus, uti dictum, magis *propriis* potius, quàm quoquò modò *adventitiis*, Pectoris perturbationibus & Lætionibus. Cum verò aliqui tales adfectus, etiam aliquando *equivocam* fiendi rationem agnoscant; i. e. tam veriore, & quasi *directò*, atquè, uti iam locuti sumus, domesticò Pectoris vitio, eveniant; quàm *Conspiratione* aliarum partium, & *transumptione* ab iisdem, in pectus *redundent*: Quale quid in *Tussè* locum habere, facile est intelligere: Reservabimus propterea tales, *equivocæ* origini expositos Adfectus, specialiori fortè loco, *posteriori*: Aut, allaborabimus, ut, ubicunque tandem tractatio inciderit, tamen hæc *specialis ratio*, etiam magis *communis* ortùs & respectùs, non sine nota transeat.

§. II.

Nemo autem à nobis expectet ut tanquàm rarum aliquid & insolens, sequi affectemus, *Nic. Abr. Frambesarii* Methodiam; qui, ubi ad *Pectoris* Morbos aditum facit, cum *Cor*, tanquàm princeps contentum Thoracis, in mentem ipsi venit, etiam *Februm* Doctrinam tanquàm proprio loco, hic tractare tempestivum duxit. Quandoquidem nos potius ita contrarium hic sentimus, ut de iis, quæcunque *Cor*, tantò magis autem *Motum* ejus *pulsorium*, propius concernunt, ne quidem in nostra tractatione aliquid magnoperè in medium proferre, in animo habeamus. Cum omninò non solùm *paucissima*, sed quàm maximè oppidò *rarissima*, directæ & *propria* vitia atquè Pathemata *Cordi* obtingant: quorum propterea insignem rationem præfente loco habere, vix attingere videtur, quin potius peculiari tractationi, aut recessioni reservanda esse, cenferi possint.

§. III.

Sicut autem, antequàm altior Sermo de re quacunque instituat, utilissimum, imò æquissimum omninò, videtur, ante omnia de vera ratione *existendi* certum esse; Ita placet

omnino illa Methodus, quæ ante omnia veram rei *Historiam* commemorat: & tunc demùm considerationes justas instruit, quid de *causali* habitu, & *essendi* modis, sentiendum appareat. Ubi tamen, si etiam ipsa *Historia* salvâ, saltem in *ordine* commemorandi, talem *seriem* sequamur, quæ non solum nostro conceptui tantisper condonari possit, sed etiam in ipsa ulteriore deductione, usum peculiarem invenire: Speramus neminem fore, qui nobis hoc intuitu iustam litem movere possit, aut aliquid, tanquam minus convenientis tractationis nomine, imputare. Quò ipsò itaque ordiemur Tractationem nostram primò omnium ab *Hæmoptysi*.

§. IV.

Pectoris Adfectum esse HÆMOPTYSIN, nemo dubitabit, qui veram eius Indolem perspectam habuerit: Est autem *Hæmoptysis*, (nempe, usitatissimâ Vocis acceptione, non tam simpliciter *cruentum sputum*: utpotè quod etiam aliundè ortum suum ducere potest, ex *Infundibulo*, *Gingivis*, aut ad summum, summis *saucibus*: Sed verum *Sanguinis sputum*, sinceri, inquam, sanguinis, *Excretio*, imò *Excursio*, è spiritalibus Organis, seu profundiore Pulmonum parte,) ejusmodi adfectus, qui imprimis *adultis*, aut *juvenibus*, præcipuè ab anno ætatis XVIII. ad XXX, imò quàm maximè solum XXV, obtingit. Invadit quidem aliquos, etiam veluti *tacitè*, citrà ul- lum prægressum insignem, cuiuscunque alterius mali, sensum: Quam maximè verò *revertitur* ad minimum sub huiusmodi schemate, ut citrà alium effatu dignum sensum, simpliciter *calidum* quiddam, veluti *scaturire* è pectore in fauces, sentiat- tur: quod denique ejectum, sincerus *sanguis* esse deprehendatur. Aliis autem *præcedit*, sensus aliquis *pressionis*, *irilla- tionis*, quasi *pruritus*, secundum longitudinem *asperæ arte- riæ*: imò etiam *profundior* huiusmodi molestiarum sensus, iam circà *medium* pectoris, jam circà alterutrum eiusdem *latus*: Qui etiam aliquando *interpunctiones* repræsentat. Aliis e- rumpit deniquè post *tussim* prægrassam; Et quidem minimè tam semper *immoderatam*, sed satis sæpè etiam solum *parvam*,
ma-

maximè omnium autem *siccam*. Rarissimum autem omnium, rem uti verè se habet eloquendo, est, *Hæmoptysin* à *Vehementiâ* tussis ipsius elisam & obortam invenire. Notum nobis est Exemplum Juvenis, qui ab intemperantiore cachinno, statim copiosum sanguinem è *pectore* egressit; Cæterum, jam plus decimum ab eo tempore annum, singulis periodis *annis*, & communissimè illo ipso mensis *die*, iterum largam profusionem incurrit, sine minima præcedente peculiari alia circumstantia, nedùm vehementiore aliquo, aut impetuoso, symptomate. Quamvis autem in ipso *paroxysmo*, patientes huiusmodi ordinariè *tussiant*; non habet tamen illa *tussis*, quamcunque rationem veræ alicujus *cause* ad excitandam hanc eruptionem; sed est potius nudus ejusdem. *Effectus* atque consecutio: Dum utiquè in cavitatem asperæ arteriæ irrupens sanguis, non solum ipso *fluiditate*, in minora bronchia ejus diffunditur, sed etiam Respirationis inspiratorio actu, intrâ penitiores *pulmonum* recessus adducitur, undè tussi necessariò iterum excuti atque sursum expelli debet, ne *strangulationis* metus indè coriatur. Imò, dignum est notatu, quod patiens quidam talis, qui post immanem profusionem, stypticò tandem compressam, maximè importunam tussim retinebat, cum tribus vicibus, intrâ unius mensis spatium, iterum ingrueret eruptio, quoties hæc instaret, ità differentem tussis *sonum* exhibuerit, *acutum* planè & *clangosum*, ut uxor ejus, rem hanc solerter observans, ex hoc ipso statim *instantem* novam eruptionem prædiceret. Minimè verò ita rara sunt Exempla, ubi etiam citrà ullam tussim, sed solum cum *angustiâ* aliquâ verè *compressoria* pectoris, tandem prorumpit hæc sanguinis profusio. Cæterum nec etiam admodum rara sunt inter *Hæmoptycos* exempla, fatis exquisitè *periodicæ* seu statæ reversionis: Qualis quidem, in quantum *periodica*, nemini circumspècto arbitro, si vè à tussi, si vè quacunque demùm simili vehementiore *excussorio* impetu, tanquam *violentam* sui originem, nancisci videbitur.

§. V.

Quidquid autem de *exortu* Hæmoptycos ita observandum occurrat, venit adhuc circa illam, universum, memori mente tenendum, quod totus hic adfectus, re verâ sit sic fatis *rarus*, & *paucis* hominibus obtingat; imprimis si adhuc illi, uti omnino justum est, secernantur à reliquis, qui ab *externa* vi, nisi enormi, in tollendis aut gestandis *oneribus*, in *trudendo*, aut *trabendo*: aut *concussionibus* vehementibus pectoris, à lapsu, percussione, jactu, immoderato clamore: *respirationis* vehementibus alterationibus, ut in Instrumentis quæ halitu animantur, tubis, cornubus, &c. adeoque per *vim externam*; hujusmodi eventus incurrunt. Interim est illud utique fatis certum, quod reliqua *prædispositio*, ad subeundum, etiam sine ulteriore insigni commotione, hunc adfectum, tantò magis etiam exponat patientes ejusmodi violentiorum causarum præsentiori efficaciam, ad hunc maxime Effectum assequendum.

§. VI.

Interim pertinet omnino adhuc ad ipsam *Historiam*, etiam commemoratio circumstantiarum, quæ CAUSALEM quandam rationem circa hunc adfectum habere sentiuntur. Ubi, præter jam dictam illam circumstantiam, quod totus hic adfectus magis *proprius* sit, certæ *ætatis* periodo, nempe *juvenili*; observatur adhuc, quod nemo alius hoc adfectu (citrà *externam* vim insignem) corripiatur, nisi fatis ad sensum *sanguine abundantans*: Imprimis tamen *minus* sufficienter *diluto*. Undè imprimis *Cholerico sanguinei*, adhuc magis autem *Cholerico - Melancholici*, aut *sanguineo - Melancholici*, præ aliis, huic pathemati expositi animadvertuntur. Confert autem ad hancrem promovendam, suum etiam symbolum, prægressâ jam *Adfuetudo*, *sinceras* Exonerationes sanguinis experiundi. Undè, qui pueri largioribus *Hæmorrhagiis narium*, *adsueti* fuerunt, quando hæc impofterum *cessant*, corripiuntur tantò certius *juvenili* ætate, pathematibus in pectore, & ipsâ aliquando *Hæmoptys*. Tantò magis autem impendet hoc pathem-

thema etiam *feminino* sexui, quando Evacuationis *menstruæ* negotium insigni modo turbatur, atque decrementa incurrit: Undè etiam familiarissima sunt talibus vitia circa *respirationem*; Nempè *angustia*, *citioris* halitus trahendi necessitas, imò *oppletionis* quasi *suffocatoriæ* sensus, quoties Motus progressivus sanguinis, eximio augmento pulsus, intenditur.

§. VII.

Ubi verò à quacunq̃ tali, imprimis autem minùs *violenta*, ratione, *Hæmoptysis*, præcipuè *largior*, semel erupit, ibi longè minore opus est quarumcunq̃ Causarum *Energia*, ad *revocandum*, seu denuò excitandum novum *Paroxysmum*. Quorsum nempè etiam referri debet, (uti quidem in quorumlibet *impetuosorum* sanguinis fluxuum commotione quamplurimum potest,) non exclusis aliis *animi pathematibus*, etiam immoderatio *Iracundia*.

§. VIII.

Præcipuum post *Hæmoptysin*, *pectoris* accidens, est *Phthisis*; nempè *ulcerosa* constitutio in *Pulmonibus* oborta. Cum autem hujus diversi sint progressus seu *gradus*, fit non raro sic satis difficilis, vera singulorum *Diagnostica* æstimatio & veluti *Declaratio*. Supremus omnium talium est, quandò, sub prægressis, & adhuc conjunctis, reliquis circumstantiis mox dicendis, *tussi*, è *profundo* pulmonum, rejicitur substantia plus minus manifestò *purulenta*; intricatio jam est, quamvis diù *multumque* molesta *tussiculosa* constitutio, sive cum Excretionem notabili è pulmonibus, sive etiam citrà eandem, magis *secca*. Tantò magis autem ambigua agnoscenda venit ejusmodi constitutio, quandò adfectus *tussiculosi*, cum *levibus*, licet frequentibus, insultibus, patientem equidem vexant; interim autem ille ipse dereliquo nulla conspicua signa *tabidæ* consumptionis, aut manifestæ *hecticæ febris* conjunctæ, præ se fert: Sed potius, sive perpetuò & constanter, sic fatè evidentè *nutriri* & *augescere* sentitur: Vel ad minimum circà nutritionem, sic satis *tolerabiles* progressus facere observatur: Imò ad minimum de tempore in tempus, quod aliquando

extenuari animadvertitur, alio tempore refarciri & expleri percipitur.

§. IX.

Cum autem *Phthisis*, sit *Consumtio*, seu *Tabes Corporis à pulmonum Ulcere*, cum concurrente febre *hectica*; facile apparet, quorum phœnomenon habenda sit ratio, pro rectè cognoscenda atque percipienda Morbi hujus præsentia. Occurrit Casus, in quò equidem simplicior *Ulceratio* pulmonis præstò est insignis; interim neque *febris* adeò valdè eminent, neque *tabes*, illo ipso tempore, adeò citò & potenter, grassatur. Fit autem contrarium sæpenumerò, in *Ulceratione* nequamquàm adhuc valdè latè diffusà, interim *inflammatorio suppuratorio* exacerbatione complicata: Ut potè quò casu, tam *Febris* admodum exacuatur, quàm *Corporis extenuatio* major, imò omnium *Symptomatum* exasperatio, immediatè simul emicant.

§. X.

Sunt autem circumstantiæ illæ, & aliqua *Symptomata*, quæ consumptionem *phthisicam*, à pulmonum *Ulceratione*, cum *hectica* febre, procedentem, comitari & stipare solent. 1.) *Ætas*, ab *Adolescentia*, ad primam usque *virilis* consistentiæ periodum: Quod spatium, ut etiam suprà jam innuimus, *Hippocrates* circumscripsit intercapedine anni XVIII. ad XXXV. 2.) Prægressa *Hæmoptysis*: quin etiam solùm frequens aut insignis, maximè omnium autem *durabilis*, *angustia* respirationis *asthmatica*; imprimis, magis *humida*, quàm *secca*. 3.) Magis magisque increbescens, tantò magis autem veluti *continuitatem* perennem affectans aut persequens, *tussis*: 4.) Tantò notabilior, aut noxæ evidentioris, si etiam per illam *purgamenta* à *pulmonibus* rejiciantur, tam consistentiæ valdè densæ, quàm Coloris inusitati, *sanioso purulenti*. 5.) Et sæpè multumque fastidiosa, & magis magisque etiam verè *languida* atque defectiva, *virium remissio*: 6.) *Appetitus* Ciborum quidem negligentior; *potentæ* verò humiditatis, major: quamvis etiam ibi communiter *Malacia* quædam subfit, ut *ordinari-*

us potus minus arrideat, sed bibere quidem aveat animus, quid autem bibere vellet, hæreat atque ambigat. 7.) Licet autem etiam, extra tempus insignis cujuscunque *exacerbationis*, de valdè molestò *Calore* vix querantur: Præterea etiam actualis *refrigerationis* non aded æquè amantes sunt, quin potius ab illa ita facilè offendantur, ut mox *horridulis* alterationibus, ad minimum *volaticis*, affici sese, non sine molestiâ, perfentiscant: Inclinant tamen communiter magis ad *Edulia frigida*, aut ad summum, *minus* exquisitè calida, præ eximiè talibus. (8) Sunt præterea *somnolenti* quasi, sed tamen neque *quieti* aut *tranquilli*, nec *profundi* somni compotes: Nec reportant etiam à somno, æque proportionatam & insignem refocillationem: quin potius, quanto plus solitò huic indulgere affectant, eò magis *languere* se sentiant, & *vi-res* veluti faciscere. Undè etiam per artificia, nempe *narcoticis*, conciliati somni, ordinariè pessimè cedunt *phthisicis*; Et, uti *Excretiones* morantur & imminuunt, ita augent *Languorem* & *Febrem*, in dè quasi *positivam* Debilitatem. 9.) Jam si hujusmodi symptomata exferere se cœperunt, post immediatè prægressos alios Morbos, vel in ipso *pectore*, ut *hemoptysin*, *Peripneumoniam*; *Asthmata* volatica, & imprimis *spastica*: Vel etiam *oppletiva*, sine insigni *Excretionem* humidâ: Vel etiam ab *ulceroso exanthematicis* retro pulsus corruptelis, tam *acutis* (v. g. *Variolarum* reliquiis, quamvis hoc oppidò rarò evenire, inter tot myriades hominum notoria *Experientia* ostendat) quàm *chronicis*, ut è *Scabie* retro pulsâ, quin *Ulcerebus* diù apertis gestitis, tandem citò oclusis, tanto certior ita est *Phthisis* successio. 10. Inter eminentes autem *Circumstantias* jam antea præcipuum locum assignavimus, *tabide* Corporis extenuationi, & *febri bestice*.

§. XI.

Quod historiam *Causarum* *Phthiseos* attinet, est de his tenendum, quod verè rarò ulla *Phthisis* (exceptâ quæ planè *violentas* ab extrâ irruentes, *Causas* sequitur,) non sequatur easdem prægressas & conjunctas *Causas*, quas jam ante, *Hemoptysin* quoquè introducere atque stipare monuimus. Adji-

ciendo illud unum, quod etiam ipsius *Hemoptyses* vestigia subindè legere soleat *Phthisis*. Cæterum autem inter *accidentiales*, externas, & manifestius violentas Causas, tam *erodentibus* halitibus, quàm repentinis inspirationibus intense *frigidi* aëris, calente intensius Corpore, nativitatem suam aliquando debeat. Quamvis hoc postremum, nisi in valdè intemperante abusu, rarius locum inveniar, alibi, quàm vel apud *juvenculos*, admodum delicatè habitos, adeoque multa *sensibilitate* affectos: Vel jam ab *etate senili* languentes, (longè rarioribus tamen in tali *etate*, verioribus *phthisicis* adfectibus) ubi nempe longè familiarius intra terminos *humidi asthmatis* subsistere percipitur pectoris oppletio, nequè pertingit penitus ad *ulcerosam* Corruptionem: Quæ de re, tanquàm illustria exempla, in Imperatore uno & altero, allata legi possunt, à trium Imperatorum Medico Joh. *Cratone*, in Epist. à Scholzio editis, de *Catarrhalibus* ejusmodi Decubitibus à Capite ad pectus. Undè quidem potius disertè sententiam nostram eloquimur, quod præcipuas Causas *Phthiseos* agnoscat *communes* cum iisdem, quæ etiam *Hemoptys* velificantur.

§. XII.

PERIPNEUMONIA & PLEURITIS, ita vulgò, & quidem veluti promiscuè, recensentur à Medicis Practicis, ut vel admodum *frequentem*, vel tanquàm *indifferentem*, utriusque proventum in Praxi quotidianâ occurrere hariolari liceat. Imò, est potius longè communior atque usitator *Pleuritidis* declaratio, ut longè rariùs *Peripneumonie* mentionem fieri, passim observare liceat: Cum tamen, rem verè ad *Experientie* testimonium revocando, nimis probabilis sit, *Peripneumoniam* potius longè frequentissimis, *Pleuritidem* autem longè rarissimis, exemplis evenire. Ut itaque etiam de hæc ipsâ re aliquantò magis liquidò constare, & iudicium æquius formati possit, est etiam de his adfectibus æque, atque de *Phthisi* modò memoratâ, & *Hemoptysi*, sciendum, quod, inter tantum hominum numerum reverà itis *paucis*, adeoque sic facis *raro*, eveniant & obringant. Ubi quidem iterum duæ
cir.

circumstantiæ , de his pectoris adfectibus notandæ veniunt, quarum prior *communis* est his ipsis cum antè dictis, nempe quod minimè æque promiscuè omni *etati* ingruant: sed iterum, ut de præcedentibus jam monitum, potius *juvenili* periodo, quàm aliis. Altera verò est, quod etiam peculiariter, magis *Verno* anni tempore, imò *primò* ineunte vere, sese exferere soleant, quàm quocunque aliò: Siquidem longè minus familiariter etiam *autumnali* tempore, sese offerunt aut alicubi exferunt. Est autem utraq; & tantò exquisitius quidem *Peripneumonia, inflammatoria* quædam stasis sanguinis, in pectore; *Pleurâ* nempe, undè *pleuritidi* nomen: aut in ipsis *pulmonibus*. Pro quâ posteriore, licet Schola medica vulgò moneat, quod *Erysipelacea*, seu magis *superficialis* solùm sit inflammatio *peripneumonica*; quod quidem etiam ipso nomine exprimere voluit, dùm *Peripneumonia* vocabulo, aliquid Pulmones *circumambiens* & quasi circum complectens, denotare suscepit: tamen nec ipsarum reliquis opinionibus satis quadrat hæc Explicatio, nec etiam rei ipsius historicæ veritati plenariè satisfacit. Quod enim primum attinet, notum satis est, quod *Erysipelaceæ* inflammationis, præcipuam rationem, non tam in subjecto, seu ipsa parte peculiari adfecta, constituent, quàm in peculiari *negati humoris*, hanc stasim & inflammationem formantis: Deindè, si quid etiam subjecti recipientis Conditionibus tribuere voluissent, cum tota pulmonum textura *propria*, alia non sit, nisi tenerrimè *membranacea*: Non poterat magis per ambitum, quàm per totum hujus latifundium, (nempe quantum ad ejus *propriam* substantiam attinet,) ejusmodi *inflammatio*, nempe hoc *acceptationis* sensu simpliciter *Erysipelacea*, formari. Interim refragatur etiam ipsa Experientia, quod in *Peripneumoniâ* nihil aliud adfectum sit in Pulmone, nisi tunica ejus crassior *exterior*; dum utique è variis, impetuosiore, aut mox ab initio neglectâ, *peripneumoniâ*, demortuis, hujusmodi larga & *profunda* stasis sanguinis, in *mediullis* potius pulmonis, quàm per *superficialem* eius ambitum, Scrutinio anatomico detecta est: Sicut etiam *Sputi cru-*

enti reiectio, ut legitimè, adeoque magis *salutariter*, procedentis *peripneumoniae*, ordinarium *symptoma*, tam expedite ab ipsa usquè *superficie* latè expansâ pulmonum, minus feliciter ad exspuitionem procedere posset, quàm ab *intimior*e jam pulmonis parte, & propinquiore aditu in teneriores ductus & meatûs, *bronchialium* asperæ arteriæ ramificationum.

§. XIII.

Habet autem vulgo nominata *Pleuritis*, sed in Veritate clinico-practicâ nimium quantum familiarior *Peripneumonia*, etiam hoc *externarum* Causarum veluti præsidium, ad faciliorem sui proventum, ut propemodùm facillimè omnium succedat *repentinis* expansionibus Sanguinis, à Motu *immoderatiore*; aut *poribus* æstuosis ultrà modum adsumptis, aut *Caloris* atque *frigoris* inconsideratè admittis *viciis studinibus*: Interim nequè hoc minus notum aut certum est, quod multis etiam exemplis planè *tacitè*, satis tranquillè se gerentibus subiectis nihilofeciùs ingruat, eosquè non ferociùs invadat quàm exerceat. Imò, quidquid etiam modo dictarum occasionum, sanguinem citò *expandentium*, occurrat, non habet tamen illud, ulla proportione æquè facilem Effectum, ad hosce adfectus provocandos, aliò quocunquè *tempore* veluti promiscuè, qualem exserunt tanquàm nominatim, & omninò potentissima efficacia, *vernò* præcipuè, *æquinoctiali* tempore.

§ XIV.

Distinguendæ autem omninò veniunt hæ pectoris *intimioris* adfectiones, à *thoracis*, pectus ambientis, *exteriore* pathemate, quod aliquo signo coincidere videtur cum istis *intimioribus*, atquè inde etiam appellationem (vulgò reportavit *Pleuritidis nothæ* seu spuria: Adfectus inempè existens *punctorius*, in alterutro *latere* thoracis. Licet enim etiam illud, à quo, tanquàm evidentissimo signo, hæ *interiores* adfectiones velut agnoscentur, præcipuè in talismodi *Compunctionis* sensu consistat; à quò ipsò etiam universam suam appellationem inter Germanos accepit, ut *Seiten-Stechen* nomi-

Est tamen ingens Diverſitas interhas utriusque generis *Compuñiones* ipſas, 1.) ratione *ſedis* perceptibilis, utriſque propria; Dùm vera *Pleuritis* & *Peripneumonia* longè uſitatius circa; aut paulò infra, *Mammillam* ſeſe exferunt; dùm *notha* illa familiariter altius circa ipſam *Claviculam* incipit: 2.) Illæ Locum ſemel inſeſſum conſtanter ſervant atque retinent: hæc verò de die in diem magis *deorſum* declinat, ut tandem, (niſi quidem maturiùs diſſipetur,) etiam totam peſtoris regionem deſerens, *infra* ipſas *Coſtas nothas* adhuc, notabilem ſui ſenſum exhibeat. 3.) Edunt illæ puncturas *æquales*, & nominatim *pulſui σὺνχορῶς*: Hæc *inequales*, nequè *pulſui* æque exquilitè reſpondentes: Illæ *perennes*, & nihil eximè remittentes nedum *intermittentes*; hæc utrumque: 4.) Illæ habent *tuffim* inſeparabilem comitem; hæc *indifferentè* ad illam ſe habet, aded, ut tam ſæpè ſine ulla tuffi patientem *vetet*, quàm alibi cum eà ſem: nunquam tamen, ut è *proprio* atque directo ſui ingenio, cum quantumlibet magna, ſeu, ut de *interiorum* partium ſpiritualium ſtimulatione, rectè teſtari idonea. 5.) Habent illæ in dividuam comitem, *acutam continuam* febrem, cum *horrore* invadentem, & acri de hinc *Calore* progredientem: Hæc, non niſi *levem*, niſi accidentales Cauſæ concurrant, vix ſenſibilem, *Motûs* ſanguinis localis *intentionem*, ſeu *febriculam*, vix nomine dignam, *inequalem* & *ἀτυχον*: aded, ut etiam minùs delicati, illam nequidem eſſatu dignam iudicent, ſed magis ut *volaticum* quiddam atque *transitorium*, mentione qualicunque attingant. 6.) Tranſit *notha* hæc, paucioribus diebus, & nullâ talium ſtatâ menſurâ circumſcribitur: Contra verò *Peripneumonia*, ſi vel maxime *quarto* die aliquando doloris inducias exferere incipiat, tamen reliquæ *Febris* Curſum, ante *ſeptimum* non abſolvit: 7.) In *nothâ*, uti nulla tuffis certò & directè concurrat, ità adhuc minùs peculiaris quæcunque *Excretio* per tuffim; in veris autem illis peſtoris adfectibus, certiffimè verò *Peripneumonia*, fit omninò *Excretio*, *colorati* ſputi, plus minùs *cruenti*, aded, ut

C
hu-

hujus *emansio* etiam deteriorem succellum totius adfectus veluti præfigit. 2.) Ultimo tandem loco, addi adhuc potest, quod, ut *interiores* illi adfectus, *juniori* adhuc ætati magis ingruunt & negotium faciunt; ita *notha* illa adfectio, vel magis *indifferenter* se habeat tam ad *juvenilem* quàm *virilem* ætatem: Vel planè, *inclinanti* jam potius, quàm floridiori adhuc, *juvenili* ætati, familiarius obtingat: Nisi quidè *externæ* insignes Causæ concurrentes, aliquid Differentiæ, ut per *accidens*, introducant.

§. XV.

Quod autem etiam veluti *Causarum* historiam *Peripneumonie* & *Pleuritidis* attinet, pro certo adseveramus, quod etiam tales, quantum ad *historiam*, (quæ prope modum generatiles solum attendit,) nihil peculiaris *prærogativæ* offerant, sed potius in *communibus* cum *hæmoptysi*, acquiescant: Ubi imprimis prægressâ ætate *adolecente advescæ* hæmorrhagiæ *narium*, posthac autem, (extra vitæ rationem *assiduè* moderatè *mabilem*, cessantes, præcipuum momentum in *Causarum* serie habeant: Inter *externas* autem occasionales, *importuniores* Motus Corporis *repentini*, sub Caloris & frigoris inconsultis *alternationibus*, præcipuum symbolum conferant. In id verò meretur hæc ipsa ratio tantò majorem considerationem, posteaquàm illi imprimis tribuenda nobis videtur, præcipua efficacia, quamobrem *Peripneumonia*, paulò magis familiariter evenire observetur *virili*, quàm *feminino*, sexui.

§. XVI.

Sunt *duo* Adfectus in pectore, quorum alter, teste imprimis anatomicâ inspectione Cadaverum, non adeò æque, uti benè alter, *rardè*, occurrit; Interim satis difficilis est utriusque *certa* Agnitio: Ità tamèn ut *rariores* horum, multò adhuc facilius hariolando adsequi sit integrum, quàm alterum *frequentiores*. Est autem hic, *frequentior*, *Scirrhorum* quo-

quorundam *nodorum*, in latifundio pulmonis, collectio: *Alter*, rarior, *suppurascens Vomica* proventus. *Scirrhusa* hujusmodi constitutio, reperitur ita satis sæpè, sub scrutiniò cadaverum, ex aliis quibuscunque morbis demortuorum; Imò nullò prægressò indicio, aut justa solùm suspitione, *pectoris* quoquò modò p. n. adfecti. Sunt autem *Nodi* tales *Scirrhosi*, plus minus *duri*, admodùm *albidi* atque *pallidi*; exhibentes, sub sui diffèctione, *pallido-lividam* interiorem sui faciem, & in ipso sui meditullio, *Mucum tenacem* offerentes: Imò sic satis familiariter, formatum ex hoc, & fortè pulverulentis, per respirationem haustis corpusculis, *lapillum* seu *topphum*, à seminis *Milii*, ad *cannabini*, magnitudinem. Quamvis autem hujusmodi collectio, non solùm in se, *resolutioni*, & ita pulmonis plenæ ab illa liberationi, difficillimè obsecutura esse, meritò videri possit; tantò majus tamen, sine omni dubio, habendum veniet illud periculum, quando diuturnâ morâ magis magisque *augefcit*, *Scirrhusa* talis Collectio: Adèò, ut vix aliud quidquam magis probabile haberi possit, quàm, quod satis sæpè *Phthisis*, ab hujusmodi, *Scirrhis*, *initia* sua sumperit: In primis quæ magis simpliciter *ulcerosa*, à minus importunâ *Febre*, concomitante, judicari potest, & non notabiliter *inflammatoria*.

§. XVII.

Vomica verò *suppuratoria*, licet etiam ipsa verosimillimè, occasionem æquè sui, atque primam in ordine, materiam, defumere possit ab his iisdem *scirrhis* potius, quàm ullâ aliâ, magis repentinâ & impetuosa, collectione atque stali; apparet tamen huic rei adversari, eximia certè *Infrequentia* atque raritas hujusmodi *Vomicarum*. Interim, si tamen, uti decet, rectè perpendimus ipsas has utique circumstantias, quod *periculosissimi* quilibet effectus & eventus in corpore, omninò sint omnium *rarissimi*, nihil impedit, quò minus etiam colligamus, hunc eundem eventum *rariorem*, ipsis illis *scirrhosis*

nodis supervenire, licet familiarius non nisi lentior, & omninò minùs imperuosus, effectus aut eventus iis obtingat.

§. XVIII.

Quod autem de faciliore cognitione seu agnitione *Vomicarum*, sicubi illæ subsunt, quàm *scirrhorum* illarum collectionum imprimis nondum insigni mole urgentium, locuti sumus, illud equidem non strictè illum sensum habet, quod *vomicarum*, quæ talium, positiva indubitata cognitio, ita statim liquere possit: Interim tamen generalius, *vomicæ* præsentæ, longè certius agnosci queat, quod aliquid insigne, pectori, aut certè internæ alicui parti, negotium insigne facessat, & quidem nominatim, *inflammatoriâ* aliquâ periculosâ constitutione: Cum *scirrhus* talis constitutio, nequidem eodem generaliore solùm intuitu, quod aliquid pectori, aut (de *pulmonum* scirrhorosis nodis loquimur) cuicumque internæ parti, singularem molestiam, imò cum tempore graviorem noxam, facessere aptum, eò ipso tempore certò corpori inhæreat. *Vomica* enim actu suppurascentes, & eò magis quidem, quò magis hanc corruptelam subit, habet individuum comitem, *Hecticam* febrem; quale quid in simpliciore adhuc *scirrhus* tali constitutione, ne in mentem quidem, nedùm considerationem, venit. *Tussis* autem, licet in *vomicæ* à longo tempore tardiùs, coepta, aliquandò etiam ita exigua obtingat, ut pro satis firmo indicio pectoris, vel solùm in genere, adfecti, satis apodicticè valere non possit, (confer: Dissert: de *Hectica comite ulcerationis viscerum*, nisi quod in tertio ibi memorato casu, libertas circulationis sanguinis, per specialissimam illam distributionem vasorum, aliàs pulmonalium, omnia rarissimò more tranquilla, atque adeò imperceptibilia, reddiderit) est tamen ordinariè in *vomicæ*, plus tussis, & quidem cum *hecticâ* manifestiore febre conspirantis: Dum in ejusmodi *scirrhorosis* nodis, etiam numerò pluribus, unus & alter patiens, per prægressum vitæ suæ ultimam periodum, uti nullum usquam aliud indicium ullius vitii pulmonum, aut totius reliquæ sanitatis,

exhibuit, sed & tussiculam, ita raram, brevissimam, & absolute siccam, exseruit, ut duobus aut tribus tussis levibus impulsibus, in singulas commotiones, magis adfuerudinis alicujus frivolaë, quàm ullius verioris *causalis* habitus in pectore, suspicio, indè formari possët, id quod meritò notandum venit.

§. XIX.

Quamlibet autem *scirrhusæ* hujusmodi constitutionis observationes numerosiores, eò usque nondum occurrant in Historiâ medicâ narratoriâ, ut ex illa veluti securius colligere liceret, aut veluti testatum reddere, quousque etiam hujusmodi *scirrhî*, speciales *ætatis* periodos sectentur: Possum tamen, Præses, asseverare, quod hujusmodi nodi aliquoties mihi occurrerint in cadaveribus *juvenum*, usque ad XXV. annos fortitorum. Cui rei etiam maxima probabilitate suffragatur, proventus *phthisicos*, *juvenili* ætati jam pridem familiarius impendere observatus: Qui tamen quàm facilè ab hujusmodi *scirrhusis* restitutionibus, initium capere possit, neminem hominem admodum dubitaturum esse, pro certò habemus.

§. XX.

ASTHMA atquè TUSSIM, pectoris vitiis admodùm frequenter inniti, nemo fortè in dubium vocaverit. Interim, cum partim *ortus* ejus & initia, partim ipsa tota incholes seù *species*; non careant dubiis seù *ambiguis* respectibus, placuit propterea hunc ipsum utrumque adfectum posteriori tali loco reservare, cum aliquantò major, præcipuè *tussis*, quàm pleororumque hætenus memoratorum, *Frequentia*, contrarium svadere potuisset. Est autem omninò *Asthma*, generaliore acceptione, adfectus, minimè ad eò ipsi *pectori* proprius, quin etiam alibi, ut in ipsis *hypochondriis* sedem suam, intuitu præcipuarum *causarum*, aut certè fomitem, habere atque continere possit. Deindè, licet etiam ipse effectus, in partes in *pectore* contentas omninò redundet, notum tamen est jam ipsius *Galeni* experimentò, repetitò posthàc per *Lowerum* in Act. Anglic:, quanta sit efficacia *nervorum recurrentium*, ad ne-

gotium *respirationis*: Ad eò, ut his interceptis, canis laborioso, ad morem equi *asthmatici*, musculorum abdominis concursu, *respirationis* actum exercere cogatur. Sicut etiam abundè notum est, quomodò *plethoricis*, imprimis autem à retentione debitæ alicujus *evacuationis* sanguinis prægravatis, à Motu corporis paulò fortiore, imprimis autem *scalarum* ascensu, repentina atque magna *respirationis angustia* oboritur, licet magis transitoria.

§. XXI.

Quidquid autem antiquiores circa applicationem distinctionis illius sibi usitate, de morbis cum materia, & sine materia, defecisse aliquibus videantur; quod tamen, si de materia partem posthàc evidentius laborantem directè obsidente, aut contrà, solis consensualibus, motoriiis, vitiis, decenter explicetur, veritate nequaquam destituitur: Ità potest certè hujusmodi rerum applicatio non inepta fieri, ad ipsa aliqua pathemata *pectus* corripientia, quorum duo præcipua nominabimus: 1.) *Asthma* tale *defectivum*, ab insufficiente *activitate* organorum spiritalium, à *nervi recurrentis* juxta veteres, aut etiam *intercostalis*, juxta recentiores, labefactionibus; quibus nempè etiam *Catarrhum suffocativum verum*, plurimum debere judicamus: 2.) *Asthma* in hoc genere velut *activum*, *spasticum*, seu *convulsivum* hodiè dictum; quod potius *activè* contentione rigidà atque spasticà, liberum motum atque successum *respirationis* veluti præcludit, quàm ut ille quocunque strictè dicendo *defectu* hîc laborare, dici aut intelligi mereatur.

§. XXII.

Quamvis autem primò intuitu, hæc constitutio *Asthmatica* sine vera atque directà materiâ unà complicata, coincidere videri possit, cum differentia illà *Asthmatis humidi* atque *siccis*, notandum tamen venit, quod altior subsit diversitas, quàm ut eandem hæc distinctio exhauriret. Sicut enim *defectivum* illud *asthma* non propterea usquàm ad eò æquè, nedùm absolute, est *secum*, quin potius, ut in *Catarrho suffocativo*, repen-

timo etiam *infectus*, incondito & iniupportabili, quasi totam portam aperiat: Quin etiam ipsum *Asthma spasticum*, dum liberam expansionem thoracis & pulmonum cohibet, insufficienti progressui humorum certam ita occasionem præbet: Ità imponit sæpenusè in hoc ipso genere etiam *scirrhusa* illa mala dispositio, ut sine ullâ, aut certè sine proportionatâ quâcunque *materie* apparitione, impedimentum tamen respirationis, omni modo insigne, patientes ejusmodi exercent.

§. XXIII.

Imò verò, est propemodùm *defectivo* illi asthmatis, & *nervorum* vitiis, proximè cognatum, *Senile* illud, aut aliàs valdè *phlegmatico* habitui, societatem jungere solitum, quando cum *perpetuâ catarrhali* circa caput & fauces abundantia, etiam partim *raucedo* fauces, partim respirationis difficultas insignis, pectus, obsident. Sicuti à specialibus *externis* occasiõibus, aliquando ejusmodi *scirrhusa* imò *tophacea* collectio, certis hominibus obtingit; Ut è *cakis vivæ*, imò *lapidarii* operis, multo pulvere, per respirationem in pulmones hausto, aliquibus inter has res perpetuò occupatis, evenire, experientia testatur: Quod tamen magis ad *externas*, adeoque *violentas* causas, referendum est.

§. XXIV.

Quemadmodùm autem *spastica* illa, vulgò dicta *convulsiva*, asthmata, non tam strictè sensu *pectoris* sunt adfectus, sed *thoracis* potiùs solius; undè etiam magis propemodùm aliorum, quàm *strictè* dictorum *pectoralium* solum adfectuum *symptomata* fieri observantur: ita tantò magis illa solum in præcipuam considerationem hic veniunt, quæ vel cum *humorum tenacium* exitio concursu sese exerunt; Asthmatis *humidâ* nomine: vel à *scirrhusâ* in pulmonibus aliqua angustia pendent, quæ respirationem partim *angustam*, partim etiam *breve*, aliquando tamen etiam solum *alterutrum*, præcipuè tamen *angustiam* illam, inducendo, Asthmatis *ficci* nomen hinc acquirunt. Circà quod *posterius* genus, opus verè est prudentissimâ circumspectione atque æstimatione, ne hujusmodi con-

constitutioni, per *artificialem* appulsum copiosioris humiditatis ad pectus, per *Expectorantia* vulgo dicta, plus humiditatis ita temerè superinducatur seu obrudatur, undè nihil certius, quàm *scirrhorum* illorum, citatior & vehementior *ulcerosi saniosa* corruptio, adeoque formalis *phthiseos*, & acerbioris *hecticæ*, veluti directæ promotio, expectari debet.

§. XXV.

Quod autem inde ab antiquitate, tanquàm *essentialis* circumstantia *asthmatis* veri reputetur, respiratio, præter reliquam *angustiam*, cum *sibilò* ægrè procedens, illud equidem tam rigidè & absolutè accipiendum esse, nulla urget necessitas, nisi quidem intelligendum veniat solum de eò, quod valdè familiariter, & ut plurimum, accidat. Verius autem *asthmatis* circumstantiis adnumeratur, 1.) indifferens quasi ejus habitus ad *tussim*; nisi quod in *humidò*, *tussis* familiarius concurret, quàm in *siccò*: 2.) Diurna *duratio* in tali statu; nempe etiam citra *tussim* magnoperè complicatam: videlicet non solum ad pauciores fortè dies aut septimanas; sed nequidem *menses* paucos: nisi quidem planè, quod sæpè fit apud *annosiores*, irreparabilem contumaciam induat.

§. XXVI.

Ipsa verò mentio *annosorum*, postulat propemodùm, ut aliquid etiam allegemus de ipsa illa circumstantia *ætatis*, cui magis aut minùs familiariter, impendere *asthmata* sentiantur. De hoc testatur experientia, quod minus familiare hoc sit admodùm *juniori* ætati; nisi quidem casu, si non simpliciter ad externas, tamen extraneas, *violentas*, pectoris invasiones atque Læsiones referendo, à *retropulsione scabiei*, imprimis *siccæ*, & magis *ferine* indolis, aut similibus circa *caput* obortorum maligniorum, *impetiginosorum* inquinamentorum: Aut *Variolarum*, Morbillorumvè, reliquiis: quamvis hæc rarò intrà simplicioris *asthmatis* limites subsistant, sed longè familiarius, indè tandem veluti cerò, in *phthisim* exeant. Quid verò, quod etiam *juvenili* atque *primæ virili* ætati, ipsum *asthma humidum* non æque familiariter evenire observatur, quàm adhuc
ul-

ulterius jam provectæ: Benè verò *siccum*: Quamvis autem procedenti *virili* ætati, vix adedò minus impendat: *senili* tamen plùs, quàm omnibus reliquis, ipsum utique *humidum* obtingere solet.

§. XXVII.

Observandum autem omninò venit de *Asthmate* in universum, quod omninò etiam illud ipsum, ut *proprius* quidam, & *per se* quasi *subsistens*, aut maximoperè hoc nomine atque more *eminens*, minimè sit admodum frequens & obvius, adfectus, sed longè familiarius saltem *symptomaticè* accedere veluti appareat aliis, aut certè cum illis *societatem* jungere; nempe cum *tussi* valdè *humida*, *scirrhostate*, actuali *ulcerationi* jam dùm proximè imminente, aut planè jam adfecta; nempe actuali jam, quantacunque demùm etiam, *phthisica* pectoris læsione. Tantò magis autem habet, non tam proprii quàm veluti simpliciter *accessorii* seu *symptomatici* adfectus rationem, *Asthma spasticum*; Vtpotè quod vel *febrilibus*, & imprimis *malignioribus*, vel *arthritis-rheumaticis* vel denique *extrinsecus* pectori inductis violentioribus adfectibus, societatem jungit. Sicut exempli talis posterioris generis, recordamur, ubi puer septem circiter annorum, cum in ædibus paternis murrarii fabri extinctionem calcis vivæ in magnà quantitate peragerent, & ille inter vaporem illum, non satis promptè & affatim restinctæ calcis, observaretur, primò languescere visus, mox lectum subire, citra signa certa specifici alicujus morbi, præter aliqualem angustiam respirationis, incidit de die in diem, in graviores *paroxysmos spastico-asthmaticos*, suffocationem minantes: qui bis de die, & stas quidem temporibus, revertebantur, & diu miserum obsidebant, donec tandem gravioribus actualibus *convulsionibus* supervenientibus, vitam ipsam amisit. Sicut etiam omninò, *verum asthma convulsivum*, quantumcunque impetuosum, deteriorem semper significationem habet, quibuscunque adfectibus jungatur.

§. XXVIII.

Tandem autem accedimus etiam ad TUSSIM. Hujus

D

li-

licet non opus æque videatur multa descriptio, cum tamen consideratu utique admodum dignæ sint, tam ipsius *tussis*, quàm *specierum* ejusdem, varietates, veniet utique aliquid de his etiam amplius dicendum. Est autem *tussis*, vel *humida*, vel *ficca*. Utraque iterum, vel verè *pectoralis*; vel solum per *consensum* pectus adficiens & exercens: vbi tamen communissimè, tandem aded etiam ipsi *pectori* innidulari solet, licet aliundè profecta, primarum causarum intuitu, altior læsio, ut deniquè verè *complicatus* adfectus, indè efformetur, & *remotior* ille, *propiore* hunc, non solum foveat etiam in posterum, sed etiam tantò magis concitet atque exacerbet, ut ita tanquam duplici malo ægrum tantò pejus habeat.

§. XXIX.

Quamvis autem de *adventitiis* illis, & magis per *consecutionem*, aut per *consensum* concitatis, *Tussis* generibus, prolixè differere, non placeat, nec etiam instituti nostri ratio id postulet; paucis tamen memorare non grave nobis erit, illam diversitatis rationem, quàm etiam *adventitiæ* tales tusses differunt. Est autem hoc ipso intuitu, tussis hujusmodi *symptomata* & *consensualis*, vel *Catarrhalis* vel *hypochondriaci*. *Catarrhalis*, sociam habet *Coryzam*, imò strictiore sensu *Grauedinem* (*Stoek-Schnuppen*) maximè verò *Branchum*; *Quin* etiam *Raucedinem*, & aliquandò *Tonsillarum tumores*. *Hypochondriaca*, oritur aliquandò à *Stomachi* vitiiis; undè appellatio hodiè non inusitata, tussis *stomachalis ficca*: aut etiam ab *Hepatis* scirrhis adfectionibus; undè tam *hecticis*, à tali vitio, quàm *hydropicis*, satis familiariter evenit, & negotium facessit.

§. XXX.

Licet autem etiam *Tussis* utique detur, quæ ab *externis* accidentalibus *Causis* initia sumens, *pectori* abhinc multum incommodi adferat; utpotè, quæ à valdè *frigidò* aère, *calente* insigniter Corpore, in pulmones adductò: Aut à *vaporibus* acribus, quin etiam *pulverulentis*, jam oppletionibus, jam irritationibus, initia sumat: tamen, cum etiam in hujusmodi occurrari, instituti nostri non æque sit: Suffecerit ita, solum
men-

mentionem talium fecisse, simulque breviter attigisse, quod utique etiam à talibus vitiis, *stataria* tandem, & in posterum verè *domestica* vitia, obvenire pectori possint: quæ tamen, ut *à violentâ* & accidentali *Causa* oriunda, pluribus persequi minus necessarium ducimus.

§. XXXI.

Quæ verò aliquantò magis proprio atque *domestico pulmonum* vitio cooriuntur, imprimis *sicciores* magis, quàm exquisitè *humidiores*, Tusses, obtingunt imprimis *juvenili* ætati, cui *Congestiones* tales ad pectus, impendent, imò eveniunt, quæ jam ad *hemoptycam* excretionem tendunt, aut ad minimum respiciunt veluti, & inclinant: jam verò actualibus illis supra allegatis, *scirrholis* collectionibus atque detentionibus, vestigia legunt. Qualium ea intercedit *Differentia*, ut *prior* species, per *vices* ingruat & patientes exerceat: Posterior autem magis continuè maneat; ita tamen ut etiam *Exacerbationibus* intercurrentibus obnoxia sit, prout accidentales *Causæ* parti jam adfectæ, non solum plus molestiæ, sed etiam tantò faciliùs, sinè dubio facessere possunt.

§. XXXII.

Putamus autem neminem faciliè futurum, quin promptè satis intellecturus sit, quod diversitas hæc, vel *domesticarum*, & propriarum, vel ita *adventitiarum* aut consensualium tantum, tussis causarum, utique in ipsa *medendi methodo*, diversam considerationem involvat. Id quod imprimis *Doct. Præses* expertum se esse profitetur circa abusum *Expectantium*, quibus demùm humores ad pectus impelluntur; &, si rem uti verè se habet, eloqui velimus, non tam è pectore, quàm verè per pectus evacuant; cujus rei, uti luculentissimum, ita notatu etiam dignissimum, exemplum, de nobili *Matrona*, cum a *libi* in *Dissert.*: tum in ipsa *Pathologia*, memoravit: *Quotidiana* autem prope modum occurrunt hujus rei exempla, ubi loco *aversionum* à pectore, & opportuniore loco instruendarum evacuationum, potius ipsi pectori plus laboris objicitur,

intempestivis illis, ut *propria* pectoris vitia tractandi, intentionibus atque tentaminibus.

§. XXXIII.

Neque verò etiam quemquam, observatis *decenter* hifce Differentiis, fallere poterit, quamobrem *humide* illæ tuffes, quas *Catarrhales* appellavimus, velut omnibus *etatibus*, sic satis indifferenter, obtingere possint, imò soleant: Quàm maximè tamen *senioribus* magis, quàm junioribus, impendeant. Dum videlicet non tam earum rerum præcipua hic habenda venit ratio aut consideratio, quæ directè ipsi *pectori* negotium facescunt; quàm solùm *catarrhalibus* stagnationibus, & per stagnationem *secessionibus*, innituntur. Quamvis ibi etiam, ut in ipsis *senibus*, non ita rarè ipsa hujusmodi stagnatoria *Congestio*, sive uti vulgò loquuntur *regurgitatio*, ad pectus non multò minus, quàm ad *Caput*, regurgitet & veluti dirigatur. Id quod quàm maximè evenire intelligi potest, in ejusmodi *repentinis*, seniorum, *asthmatico-tussiculosis* infarctibus: ubi *hæmorrhoidalium* intentionum minus prosper successus, ejusmodi *translationes*, seu vulgò dictas *regurgitationes* ad superiora, post se trahere, & inde, sub aliquantò sero-riore humorum constitutione, secessionibus hujusmodi ibidem ansam & materiam, præbere, potest.

§. XXXIV.

Quò ipsò quidem intuitu, pandit se tantò planior aditus, ad *Causarum*, magis *idiopathicæ* *pectoralis* tuffis, historiam, imò vel ipsam usquè penitiorè *ætiologiam*. Ubi nempe, sicut etiam jam ante dictos reliquos *pectoris* veros adfectus, meritò adsignavimus *stagnatorius* congestionibus versus & circa pectus, velut ultima intentione totius hujus instituti, ad actualem *evacuationem* sanguinis respectante, susceptis, & cum *contentione* plus minus percinnaci continuatis: Ita etiam *tuffis* hæc, easdem tales, nullâ insigni difficultate ipsius rationis fieri, insequatur. Ubi tamen minimè etiam excludimus, ejusmodi causas *concurrentes*, quæ vel *externò* allapsu irritativò, hujusmodi appulsam ad ipsùm pectus uberiorem provocare pos-

possint : Vel etiam magis *interna* certa efficaciam, *dirigere* quasi ad ipsum pectus, *appulsum* humorum valeant : Qualequid inter externa introrsum sumenda, merito imputamus aliquibus vulgo ita dictis *Expectorantibus*, precipue vero *Jujubis* & „ *Sebesten*. Observatione etiam peculiari tanto magis suffragante, ubi Generoso juveni, XIX. annos habenti, sed, ut pro „ hac ætate, & corporis proceritate, & reliqua floridâ constitutione conspicuo, & à dispositione hæreditaria, ad insolentes „ & immoderatas *narium hæmorrhagias* promptissimo, cum in- „ terdum, imprimis si hæmorrhagiæ illæ reprimebantur, pe- „ ctoris aliquam angustiam afficeretur, consilium datum est, ut a- „ quæ leviter decoctæ, quâ loco potius ordinarii utebatur, in- „ coquerentur, pro biliosa acrimoniâ, cui hæmorrhagiæ info- „ lencia assignabatur, Tamarindi: simul verò pro pectoris li- „ bertate expedienda, Jujubæ, utriusque tamen non nisi pa- „ rum solum, tanquam magis ad leniter alterandum, quam di- „ rectè quidquam evacuandum sequebatur effectus prorsus in- „ expectatus, *Tussis* ita vehemens, imò ferox, aspera, rauca, „ plurima, cum volaticis quidem, sed tamen assiduis, horridu- „ lis & æstuosis alternis alterationibus, langvore citò & variè „ increbescente, appetitûs lapsu, somni, per importunissimam „ tussim inopiâ, ut re verâ justissimus metus hæcticæ & phthi- „ seos cooriretur : Cui etiam satis obstinatâ pervicaciâ, adver- „ sus temperantia & mitigantia remedia ; non parum ponderis „ adjicere videbatur, quemadmodum etiam re ipsâ non nisi satis „ lentè expugnari iterum potuit, imprimis, cum, ut de nullâ „ conspicuâ ferocitate participante sanguine, quam minimum „ humiditatis universa hæc tussis exsereret aut exhiberet &c. „ Quales quidem effectus non ita rarissimè etiam ab adfumentorum „ varietate cooriri posse, non præfractè negamus : Illud solum „ exactiori considerationi clinicæ commendantes, ut animum „ exquisitè semper dirigat ad observandas illas imprimis *intimiores* „ prædispositiones, antè omnia *ætatis*, & *abundantiæ*, & „ exoneratoriæ *commotionis*, sanguinis : Utpotè sub quarum re- „ rum præsentia, aut præcipua utique causali efficacia, reliquæ

illæ *supervenientes* humoribus impressiones, *occafionatum* caufarum rationem utique fibire poffunt, ubi præftò funt. Cavendo interim, ne illis ita *directa*, & propterea etiam neceffario *perpetua*, efficacia adfignetur, quæ deinde veritatem *clinico-practicam*, planè contradicentem inveniat; quando nempe talis idem effectus, reverà planè *tacitè*, & citra minimum verifimilem varium caufarum concursum, *tefe* fiftit: Quod quidem in *juniore* adhuc ætate, ab anno XVIII. in ulterius, etiam tanquàm evidens paffim deprehendi poteft.

§. XXXV.

Magis autem propemodùm per nominis affinitatem, quàm aliam urgentem neceffitatem, ad *pectoris* adfectus referendum putamus, vulgò ita dictum CATARRHUM SUFFOCATIVUM. Quamvis enim effectus ille, uti nomen fonat, & fenfibilis phænomena perfuadere videantur, quod pectoris utique velut enorme fit pathema: tamen, cum verior hujus eventus caufa, non tam indubiè in ipfo pectore refidere aut hæere videatur, fed magis communem, inter pectus internum, & *exteriorem* ejus ambitum, nempe *thoracem*, habere appareat: Non poffumus propterea eventum talem ita veluti *directè*, aut eminenter, pectori (quò fenfu nos de illò loquimur) adfignare, quin potius, magis *fympomatici* eventus rationem, quàm veram caufalem *directam* & *perpetuam* confequtionem. ibi agnofcere valeamus. Quò intuitu, licet etiam prætermittere poffemus omnem circa hunc adfectum occupationem, quia tamen non nullum operæ pretium fore arbitramur, fi hujus adfectus veram indolem commemoremus. (utique poftquam illa non ubilibet ita decentiffimè exactè enarratur,) brevis hoc agemus. Evenit itaque, *verus* ita dictus *Catarrhus fuffocativus*, antè omnia nulli tam æque alii *ætati*, quàm *fenitiffimè* jam tum; *habitu* corporis, plus *phlegmatici* quàm *sanguinei* complexo: Imò univerfæ ejusmodi constitutioni, qualis alibi *paralyfi*, alibi *apoplexia*, obnoxia obfervatur. Occupat patientem communiffimè *repentinò* aliquò velut infultu: Undè illi quidem *refpiratio* valdè *difficilis* evadit, fimulque etiam *ple-*

plenitudo quædam pectoris, & *spumidò* quasi *sonò* inter respirandum, colligenda videtur: Interim præstò est simul, tanquàm præsentissima *virium* remissio atque debilitas, cum ipse *animi*, quædam *impote*, *obliviosa*, de vitâ *dissidente*, despon- sione: Qui ipse adfectus etiam satis familiariter planè nullam *tussim* secum trahit; ordinariè autem veluti nullam *proportio- natam*: sed ferè conspicua aliqua *impotentia*, & verò *defectu virium* pro exercenda tussi, sese prodat. Undè quidem, ubi- cunque vera eminens hujusmodi, constitutio jam prævalescit, vix & ne vix quidem expugnatur, & rectè in integrum restitu- itur æger, quin, usitatò etiam *apoplexie* atque *paralysis*, mo- re, interjectò aliquò temporis spatio, *revertatur*, & spretis tunc denique auxiliis, vitæ finem imponat. Interim certum etiam est familiarem circa hunc adfectum passim evenire con- fusionem, cum *asthmate spasico*; aut ipsâ verè *humidâ tussi*, medicamentis alibi *expectorantibus*, alibi *narcoticis*, in ano- malias conjectâ: & ipsis imprimis *repentinis* oppressiõibus, à *retropulsione* ad interiora, tam *acutorum*, quàm *chronicorum*, *rheumaticorum*, *exanthematicorum*, adfectuum, aut statario- rum *tumorum*, aut *fluxuum ulcerosorum* diuturnorum, repen- tè suppressorum: qualia quidem omnia atque singula, à vero veluti *simpliciore* ita dicto *catarrho suffocativo*, quomodò, & quantum, distent, atque adeò etiam distingui debeant, omnes prudentes arbitros, ut animum decenter adhibeant, admone- mus.

§. XXXVI.

Quamvis autem tantum absit, ut dissimulare gestiamus, ut potius re ipsâ quàm maxime considerandam commonea- mus, illam *causalem* speciem seu faciem, quam offerre vide- tur utilitas *tempestivæ missionis sanguinis*, in ita dicto *catarr- ho suffocativo*; morantur tamen nos duo adhuc respectus, quò minus etiam ab hoc phænomeno, ita securè atque liberaliter, ad *directam* pectoralem sedem aut efficaciam *veri suffocativi* catarrhi, ab hoc fundamento procedere, aut colligere, vale- amus. Primum est, quod ipsa hujusmodi efficacia *Vene secti- onis*,

onis, quam maximè *tempestivè* usurpatæ, vix non tantundem
 usus, quàm in *vero* catarrho suffocativo, exhibeat etiam in *a-*
poplexia & *paralyfi* recentissima: Longè verò adhuc majorem,
 in repentinis & ferocibus *spastico-asthmaticis* pectoris oppres-
 sionibus: Ut aded hæc circumstantia, pro stabilisendâ verâ &
 absolutâ *pectoris* adfectione in hõc casu, minimè sufficere pos-
 sit, sed reverâ *generalius* se habeat, pro tam speciali re proban-
 da. Secundum autem est, quod, hæc ratione *catarrhi suffoca-*
tivi, non solum in *genere*, longe sapius eventuri essent, quàm
 in rei veritate nequaquàm fit: sed etiam tantò facilius, & eò i-
 psò numerosius, obtingere etiam deberent istiusmodi maximè
 subiectis, quibus verè illæ magis *directæ* humorum *coacerva-*
tionæ ad pectus, reverâ familiariores præ aliis esse observan-
 tur, nempe in *juniore* adhuc ætate constitutis. Cujus tamen
 contrarium, potiùs cum fieri quàm maxime soleat, non potest
 hinc opinio hæc tanquam firmo fundamento innixa haberi.
 Tantò minus, cum omnino *senili* ætati, cui catarrhum suffo-
 cativum præ aliis evenire, experientia monstrat, magis jam fa-
 miliares sint *regurgitationes* ejusmodi, vel ad ipsum usq; *caput*,
vertiginoso-apoplecticos metus incutientes: vel ad systema *ner-*
vosum, ab ipso sui principio in cerebro, unde *paralytici* even-
 tus, *linguam* imprimis simul ferientes: vel denique, latiore sui
 veluti distributione, magis communiter, & velut indifferen-
 ter, ad superiorem *regionem*, quàm seorsim & peculiariter ad
pectus. Unde etiam *catarrho suffocativo* vix quisquam un-
 quam corripitur, quin, vulgari loquendi sensu, *catarrhosus*
 velut in genere fuerit; sive ut alii à sensu interpretantur, *dela-*
psui catarrhorum à capite ad fauces & pectus, à longo jam tem-
 pore obnoxii fuerint. Ut nempe ita verior sedes *causarum*
 magis in *capite*, quàm *pectore*, posita esse intelligi possit.

s. XXXVII.

Placet, ultimo loco historici hujus census, allegare Ad-
 fectum quendam *pectoris*, in se quidem adhuc, Medicæ con-
 siderationi parum lucis adferentem; interim non inani suspi-
 cione concurrentis *causalis* efficacix, ad alios deteriores e-
 ven-

ventus, notandum. Est hic, nexus seu *concretio pulmonum*, per totum sui ambitum seu superficiem, cum interiore superficie pectoris, seu pleurâ, hanc obtegente. Fit autem hæc rariùs, per modum *arête* & magis *immediata* concretionis ipsarum utrarumque tunicarum illarum, *pulmonalis*, & *pleuræ*; Longè autem familiarius, per laxiores quasdam *fibras*: adde, ut viderimus ad crassissimi calami scriptorii transversam mensuram seu latitudinem, invicem distantes, & tamen fibris *tenacibus*, ad insignis crassioris filii sericei, (*Stepp*: *Seide*.) proportionem, iisque numerosissimis, invicem coherentes. Porro autem, nobis quidem nunquam adhuc obtigit videre, connexionem hanc pulmonis, nempe in utroque pectoris cavo; sed semper in uno solum hujus latere: manente interim opposito, ab omni hujusmodi adfectu, libero. Quamvis autem hujusmodi constitutio; minimè rarò occurrat; tamen nobis quidem nullum adhuc innotuit veluti certum & *evidens* phenomenon, undè vel *diagnosci* quoquomodo certius possit hujusmodi constitutionis præsentia; vel certior, nempe ipsa quoque constantius post similem constitutionem reperiunda, *sinistri* cujuscunque eventus inducendi, veluti propior energia.

§. XXXVIII.

Nostram sententiam de hoc negotiò si dicere debeamus, antè omnia ratione originis ejusdem, multum imputandum censemus gestationi infantum adhuc tenerorum, in brachiis nutricum aut ancillarum. Quandoquidem aliquot ejus rei exempla oblata sunt mihi Præsidi, infantum, de reliquo nullâ sanitatis labe conspicuorum; nisi quod una pars; & in his quidem exemplis, *dextra*, pectoris, plana, opposita verò *sinistra*, & inprimis in thoracis posteriore parte, sub scapula, ita altiùs *arcuata*, conspici posset, ut inde gibbositatis secururæ metus parentibus oriretur. Ubi, institutâ super haud injustam suspicionem quæstione, statim patuit, quod nutrices talem infantem, perpetuò super sinistro brachio gestare consueverint: Ubi apprehensione tenerioris corporis ad pectus gestantis famulæ aut nutricis, effectum hunc utrumque faciliè reportat.

E

Ubi

Ubi verò ita coarctata est una harum Cavitationum, ibi fieri utique facile potest, ut, obrigefcente, & diutius ita durante, hæc constitutione, (licet posthac, sub liberiore incremento corporis, sensum iterum corrigatur,) tamen interea, quamdiu durabilem talem coarctationem retinet, expansione sui incessabili, pulmones, minus spatium latius explendo, adeoque totam cavitatem, per intimam usque superficiem, singulis quasi momentis attingendo, successivè effectum hunc fortiantur. Ubi quidem, de simplici *mechanico* corporis habitu speculantium, non tam fortè oboritur dubio, quàm, ut talibus promptum est, inconsideratè objectioni, quod, cum motus thoracis primam expansionem pulmonis producat, & quasi trahat, expansio hæc, hoc modo, etiam sub tali insolitâ angustia ejus, non possit majus spatium explere, quàm elatio thoracis subeat; „ brevissimis commendamus meliorem considerationem & animadversionem secundæ expansionis pulmonum, *elastica*; nempe ab *ære* actû haustò: qui per concalesfactionem sui, securâ expansione sui, pulmones vel decuplo plus inflat, quàm solò parvò illò motu thoracis, minimè eveniret, &c. Cæterùm opportuniorem hujusmodi negotio, (inustatæ aliàs concretionis,) in primis infantilem ætatem, reddit utique totius energie *increfcerdi*, in hac ætate quàm maximè prompta ætivism. De efficacità verò velut à posteriori, seu *consecutivâ*, hujusmodi accretionis pulmonum, adeoque constantis eximie expansionis eorumdem; verosimillimum nobis videtur, quod ita constituta individua, ut alii diuturniori detentioni respirationis aptiora existere possint; ita etiam, tam propter æream *constantior*em spongiositatem talium pulmonum, *nationi*: quàm propter stabilem expansoriam *directionem* vasorum sanguiferorum, intra pulmones sic adfectos, ad tantò majorem moram sub aquis trahendam, præ aliis aptiora futura sint.

§. XXXIX.

Incommoda autem ab hujusmodi statu pullulancia, agnoscimus, propiorem *dispositionem*, ad *concipiendos* qualescunque *infarctus*; tantò magis autem *fovendos*: quan-

quandò reciproca illa compressio meatuum, quæ sub *expiratione*, ab ipso *pondere* pulmonum fit, in hoc casu effectum suum amittit. Ubi tamen facilè, & fortè si quisquam alius, recordamur, differentia *res posse*, ad *res esse*, in corpore vivo. Interim neque quenquam dubitaturum esse confidimus, quin *dispositio* propior, ad *actum* ipsum subeundum, etiam plurimum contribuere possit; quandò reliquæ idoneæ causæ, notabili sui efficaciâ conspirant.

§. XL.

Ex his ipsis autem ita, secundùm verum sui habitum allegatis circumstantiis, puto facilè diluescere posse, quod *Diagnosis* hujusmodi constitutionis, vix ullâ ratione institui possit, ut quantumcunque firmo, aut solùm valdè probabili, argumento esset locus; Cum nempe ita nullam sensibilem efficaciam exhibeat, cujusquam *actionis pulmonum* sensibiliùter depravandæ compotem. Undè etiam prolixius de eâ verba facere, supervacuum judicamus. Illud unicum solùm monentes, cum utique magis magisque, per succedentes & auferentes *ætatum* gradus, alibi *sanguineis*, alibi *mucidis* lentis, stagnationibus copiosioribus, in pulmonibus ita perpetuò *expansis*, & *collapsu* sui legitimo veluti carentibus, verisimiliùs amplior & liberior locus patefiat; Interim etiam, maximâ probabilitate, ætus ille, infantes ipsos perpetuò, & plurimum insuper, super unò solùm brachiò portandi, plurimum occasionis ad *inertia* ipsâ hujus alienioris confirmationis & coalitiùs præbere possit: Quod propterea admodùm consultum videatur, quoad ejus fieri potest, hanc ipsam *consuetudinem* ita passim improbandam indicare, ut indè Matresfamilias, famulitiò illâ tanto magis interdicerè, adeoque infantes suos hac ratione ab hujusmodi accidente, quantum in ipsis est, præservare mæmnerint.

§. XLI.

Enumeratos hætenus Adfectus, uti verè *pectori* magis propriè accidere, vix quisquam dubitaverit; ita nos quidem pro certo habemus, nullum etiam alium adfectum supercessè, qui his hoc eodem jure accenseri mereatur. Quod enim Hy-

dropem pectoris concernit, (affectam reverà, in nostris quidem regionibus longè rarissimum,) cum illum insuper ita reperire *solitarium*, & absque ulla, imò etiam eximia, per reliquum corpus *hydropica* constitutione: Hòc autem intuitu reverà nusquam ampliùs, ut *proprius*, pectoris *seorsim*, adfectus, vel reputari, vel tractari possit: non placuit propterea, etiam hãc de re prolixitati indulgere. Illis autem, qui longè faciliorem, adeoque etiam familiarem, hujus adfectus eventum, in ipsa Praxi Clinicà supponunt, illud solùm considerandum commendamus, quàm aliena meritò haberi possit pulmonum *textura* æque, atque *usus*, ab hujusmodi *secessione* tenuioris ferossæ substantiæ, & inprimis quidem *copiosiore*, maximè omnium autem, in tali pulmonum *loco*, undè effusio in ipsam *cavitatem* pectoris procedere possit. Siquidem, primò, *textura* pulmonis, *glandulosâ* substantiâ, (præter paucissimum illud quod vasibus pulmonum *propriis*, *pneumonicis*, respondet,) nusquam gaudere percipitur. Secundò, nec etiam hoc in *loco*, *tempus* æque, atque *scopus* ipse, perpetui potius *transitus* solùm, & quidem citatoris, quàm ullius, necessariò aliquantò tardioris, *secretoria*, *moræ*, suppositioni aut agnitioni suffragetur: *Tertiò*, à ratione etiam ipsâ alienum videatur, quod tali *loco*, peculiaris aliqua *secessio lymphatico-ferossæ* substantiæ, expectari possit aut debeat, *propè*, imò meritò dixerim *propter*, quam, ipsa *lymphæ* demùm infunditur atque admiscetur. Quibus rebus, *quartò*, jungere adhuc licuerit, quod neque in reliqua manifestaria humorum dispositione ad *hydropicas* restagnationes, & indè *diffusiones*, æque familiare sit invenire aded effatu dignam etiam ipsius *pectoris* hujusmodi inundationem; quod in ipsis per reliquum corpus verè *hydropicis*, post mortem apertis, multiplex experientia confirmat. Ubi tandem agmen meritò claudit, consideratio longè planioris, & omni modo *patientioris*, exitus, sicubi *stases* hujusmodi obtingerent, in *cavitatem* utique ipsam *bronchiorum*, ad *tussim humidam* formandam; quàm ad talem, qualis hic supponitur, præviò certè *renisû* reliquæ *membrana-*

cæ.

coe pulmonum substantiæ, tamen ultimò circum, & per, tuni-
cam pulmones involventem, in cavitatem pectoris effundi:
Cùm, uti dictum, longè propior via, eademque patentior,
pateat *introrsam*, in cavitatem potius *vesicularum* pulmonali-
um, & consequenter *bronchiorum*. Ubi solùm illud, brevi-
bus, commendamus, ut paulò lentiores sint speculationum
factores, in præfigurandis sibi, talium eventuum eximiis com-
pendiis & magnâ facilitate; è figuris, quales primò narratio-
nibus, deindè ex his, planè tractationibus systematicis, adpin-
guntur. Ubi nempe ipsa superficies pulmonum, valdè lucu-
lenti vasibus *lymphaticis*, undique perrepta pingitur; sed
omninò sub familiari illâ quantitate *molis & numeri*, magis fin-
gitur. E qualibus tamen ideis, quàm promptè deindè prognas-
ci consueverint *Theoriæ* ejusmodi *pathologicæ*, notius est,
quàm ut prolixâ denotatione indigeat: Contrà quam tamen
ita nimiam promptitudinem, uti fiendi, ità meritò etiam cre-
dendi, inservire certissimè potest, justo sui usu, *infrequentia*,
imò vera *raritas*, facti ipsius, quod ex hujusmodi circumstan-
tiis expectari utique deberet.

§. XLII

Si quis etiam à nobis expectare vellet, ut de *Polypis cordis*,
eò nomine mentionem hic faceremus, quia utique præcipua
illorum protensio, communissimè in *pulmonalia* vasa porrigitur;
tamen, cum non tam hujus eorundem *progressus*, quàm
ortus atque *firmæ sedis*, ratio habenda veniat, quæ in ipsa *Cordis*
cavitate ordinariè hæret, nullo certè jure illam pro *pulmo-
nis* aliquo proprio vitio allegare, integrum nobis esset. Tan-
tò minus, cum re verâ etiam ipsa illa *majora* vasa, ad minimum
ratione veri principalis sui ostiî, magis sincerè ad *cor* pertine-
ant, quàm ad *pulmones*: ipse verò etiam hic Polyporum *incu-
bitus*, ab hoc ipso vasorum ostiî in eadem ulterius ingruat, ea-
que obfideat atque oppleat. Undè quidem ne tractatio no-
stra vel evagetur, vel præter rationem excrescat, non sub-
ibimus laborem, à nostri instituti limitibus ità verè alie-
num.

E ;

§. XLIII.

Vix autem quidquam superesse recordamur, quod de *pectoris* adfectibus adhuc monendum videri nobis possit; undè potius ad *PATHOLOGIAM* hactenus commemoratorum, imprimis, *Medicam*, aditum faciendi, tempus jam esse existimamus. Placet tamen brevibus adhuc, & verè ut in transitu, considerare, circumstantiam aliquam, imprimis quam maximè, & verè *directorum* pectoris adfectuum. Quam, licet etiam cum aliis *communem* agnoscant, tamen, cum in ipsis, præ aliis, propemodùm *emineat*, ad minimum certè dignitate totius, ut valdè *fontici*, eventus, non abs re erit, illam: ultimo hoc loco, brevibus adhuc lustrare. Est autem hæc circumstantia, memoratorum huc usque, præsertim autem *præcipuorum*, pectoris adfectuum, quod dispositio, (& ignari propemodùm verius loquuntur Plebeji, *inclinatio*), ad hujusmodi adfectus, subinde innitatur *Hereditariae dispositioni*. Adcèd, ut subinde audire sit formulas illas, quas in primis de pueris, aut ad summum ephebis, in ore habet vulgus: *Es seye ein Schwindsuchtiger Junge/wie sein Vater; welcher in seinem est. 20. alii est. 30. Jahre / auch an der Schwindsucht verstorben*: Alii verò jam *tricenariis* majores, totas Genealogias suas enarrant, quot parentum, majorum, & fratrum sororumque suorum, imò, patruorum, patruelium, amitarum, eodem morbo decesserint. Quam rem, ut notatu, certè non indignam, silentio præterire, non omnibus æquum videri potuisset.

Commemoratâ ita verâ *HISTORIA* pectoris Adfectuum, proximum utique est, ut *CAUSAS* enumerare aggrediamur, quæ his adfectibus *materiam*, imò universam quasi certam atque directam *originem*, præbere possunt atque solent. Quod, priusquam agamus, commendamus adhuc semel brevibus, considerationem illam duplicem, 1.) quomodò unus horum adfectuum ab altero *procedere* possit; 2.) Quomodò *præcipui*, veri, pectoris adfectus, *ex & per se*, sine *externis* violentis adventitiis causis, maximè omnium ab illis demum *A-*

iatibus initia sui fumant, quibus *exonerationes* sanguineæ, per *pectus* maximè eruptionem adfectare, jam indè ab omni ævo annotationum Medicarum, observata sunt.

§. XLV.

His quidem respectibus, uti singularum etiam reliquarum corporis regionum, ita *pectoris* quoque, adfectuum, *gemine* utique inter se mutuo, sed & *genuina*, causæ, satis simplici *serie*, sed & conspicua efficacia, intelligi possunt, consistere. 1.) in *appulso* largiore, imò magis magisque acrius *contendente*, sanguinis. exitus ibidem obtinendi gratiâ: Undè in nostræ tractationis adfectibus, imprimis ipsa *Hemoptysis*, tandem obtingit. 2.) In *stagnatione* diuturniore, & per contentionem pertinaciorum circa talia loca diutius sustentatâ: Undè varius sensus *oppletionis*, *pressionis*, *renisus*; & sub atque ab his rebus, etiam *irritationes* variæ, ad *excussorios* aliquos motus subindè procedentes: Undè hic loci, *Tusses* variæ, cum vario ante dictarum rerum sensu. 3.) In *stagnationum* talium, magis sinistris eventibus, actualium *stasum* indè subortarum; undè hic loci aliquando *scirrhone* ille *Collectiones* atque *restitationes*; aliquando verò magis *cruenta*, adeoque ad proximam corruptionem præcípites detentiones hujusmodi, *Inflammationibus* occasionem præbentes: Aut, quandò hæ valdè exiguæ molis fuerint, promptiores, parvæ quidem per initia, sed vix reparandæ in posterum, *Erosiones ulcerose*; quales etiam utut lentius, *scirrhis* illis denique impendent. Undè hîc, *Peripnevmonia*, & *Phthisis*. 4.) Denique in *secedentibus*, sub hujusmodi largiore atque diuturniore congestione & contentione, *seroso-mucidis* portionibus; quæ ita in spongiosissimam, nempe totam vesiculosam, pulmonum substantiam illapsæ, partim *insartus*, partim conamina pro horum *excussione*, excitant: Undè *Asthmata*, *Tusses* humidæ, imò tandem, sub eximio defectu tam *toni* partis; quam universarum magis *virium*, *Catarrhi suffocativi*.

§. XLVI.

Ab hac autem magis veluti *materiali* constitutione adfectu-

Etiam nostræ tractationis, nullâ difficultate progressus etiam fieri potest, ad illum eorundem strictiorem, & *subjecta* ipsorum magis veluti *formaliter* determinantem, habitum; quò certæ *ætatis* subjectis, magis quàm aliis, & quidem *certi* etiam talium adfectuum, obtingunt. Evenit itaque, vegetioribus adhuc & *alacrioribus, junioribus, Hæmoptysis* ipsa, *Peripneumonia*, & acrius tam invadens quam procedens, *Phthisis*; quoniam in his, tam *intentiones*, quàm *contentiones* ad perpetrandas exonerationes semel destinatas, semper sunt *vividiores, audaciores, importuniores*, & ulteriorum indè imminentium periculorum negligentiores: Cui rei præterea etiam, generalius, *mediatas* aliquando remotiores, causas suppeditat, huius ejusdem *ætatis* etiam ad audaciores, imò *intemperantiores*, motus Corporis, & per hos exagitationes sanguinis, pronior lubido, quàm in succedentibus senioribus annis. Quibus autem, *augescentibus* inquam ultra, ætatibus, familiarior est ex adverso, *lenior* quidem, sed tamen ferè etiam tantò *pertinacior* illa *contentio*; undè non tam *sincera* eruptiones, quàm solùm *secessiones* serosæ substantiæ, ab acrius ita detenta & continuata *stagnatione*, seu copiosiore ad hæc loca restrictione, ortum ducunt. A quibus nempè rebus his *ætatibus, Asthmata, Tusses*; Imò aliquando etiam ipsæ *Phthises*; sed hæc in ætatibus, quantò magis provectioribus, tantò etiam *leniores* atque seniores, & nusquam tantò impetu, ut in *impatiente* juvenile, procedentes. Interim, ad has etiam ætates, à præcedentibus adhuc junioribus annis, aliquando ipsarum adhuc actualium læsionum *fundamenta*, relinqui; aliquando actum seu factum ipsum, transmitti: Certissimè verò etiam indè ab illis ætatibus, *adsuetudinem*, ad hæc maximè loca humores *congerendi*; imò sensim etiam ipsas serosas *exonerationes* hoc in loco perpetrandi, consuetudinem, transsumi, neminem credo fore, qui serio dubitaverit.

§. XLVII.

Sicut autem, ex hoc eodem fundamento, non ita difficile est intellectu, qui fiat, ut nec *Hæmoptyses*: neque *Peripneumonia*

monia, nec ipsæ etiam *Phthifese*, eadem promptitudine ingruant, aut eodem impetu incumbant, *senili* ætati, uti *juvenili*; Dum neque inclinatio seu *intentio*, sincerum sanguinem evacuandi, neque *contentio* ad hoc exsequendum, in hac ætate, tam importuna amplius est, ut in illâ; sed omnia longè magis *cunctabunda*; & veluti sub diffidente quadam dubitatione, aur certè circumspectione, tardius procedentia: Ita, cùm tamen etiam, destituentibus debitis sibi viis & successibus, hæc ipsa quoque ætas, ad prægressæ methodos & vias iterùm respectet; adeoque omninò etiam ad ipsum pectus iterùm intendat *directiones* suas, communissimè tamen in eo observat suæ præsentis periodi indolem, ut magis *tentet*, quàm *tendat*; magis iterùm iterùmque *experiat*, quàm temerario impetu *committatur*: Imò ad summum, obstinatâ contumaciâ *insistat*, quàm repentino audaci insultu *incurrat*. E quò nempè tanquam fundamento, senioribus familiarius evenire *statarios*, *diuturnos*, & communius *languidiores*, adfectus circa ipsum quoque *pectus*, nihil mirum est, imò esset potius, si contrarium eveniret. Illud autem quod etiam adhuc in hoc negotio justam considerationem meretur, pro melius intelligendo verò harum rerum habitu, est utique hoc, quod *juvenibus* quidem, longè magis ordinariè & veluti directè, pathemata ejusmodi eveniant circa ipsum *pectus*, nullo effatu digno alicujus morbidi adfectus aut exquisitioris pathematis in *abdomine*, sensu *complicato*. Nisi quod robustioribus juvenibus, intempestivè ad vitam *sedentariam* adactis, interim tamen simul ejusmodi actus exercentibus, quibus *pectus* eximie agitetur, (ut *declamando*, aut altâ voce *cantando*,) aliquando eveniant sensationes acutæ, compunctoriæ, in summâ regione *sinistri* hypochondrii: Imò potius *subter* hanc regionem introrsum, quàm *sub* illa, seu *infra* illam: Qualem dolorem, aliquandò etiam vix uno aut altero die post, insequitur *Hæmoptysis*. Neque hic etiam difficili ad intelligendum *splenicâ* congestione, primò *tentatâ*, mox tamen iterùm ad altiorem locum, nempè ipsum *pectus* translata. Ex adverso verò, nisi *externæ* occasiones violentiores, totum negotium concitaverint, audemus

dicere, nullum inventum iri *senem*, qui *peccoralibus* ejusmodi vitiis corripiatur, quin *precedentes*, *intercurrentes*, *concurrentes*, etiam *infini ventris*, *viscerum* ibi contentorum, imò partium illum *ambientium*, *lumborum*, *coxendicum*, passiones, plùs minùs manifestas, unà persentiscat. Ut, vel paulo attentiore observatione *seriei* & *successuum* harum rerum, tantò solertiùs dijudicare liceat, verum *nexum* atque *conspirationem*, qualem de iisdem hucusque prædicavimus. Ubi solum pro complicatarum, & invicem variè concurrentium causarum, justâ dignotione, ingenii atque atque industriæ justus concursus utique requiritur.

§. XLVIII.

Tantò evidentiora verò fieri possunt hæc omnia, si imprimis observetur illa tanquam vera *Cynosura*, ad invenendam veritatem, totius veræ & realis *Clinicæ Pathologiæ* habituum atque nexuum; quos D. D. Præses verum fundamentum non solum *Pathologiæ* hujus, sed etiam *Therapiæ* absolvere, constanter asseverat. Est autem hæc (dico *Cynosura*, ad evolendum & rectè intelligendum, *nexum* effectuum & eventuum plerorumque morbidorum; ita ut à *posteriori*, uti res ipsæ *actu* fiunt, *procedunt*, *succedunt*, *concurrunt* & *conspirant*.) solers perquisitio ejusmodi casuum, ubi 1.) satis obvia & conspicua, perspicaci tamen æstimationi atque judicio, *Plethora*, 2.) adfecta jam hujus *sublevatio*, per actuales *hemorrhagias*; 3.) Aut ad minimum, insignis ad has *apparatus*, contentio, imò *connisus*: 4.) Tantò magis autem rerum harum jam verior *adsevitudo*, sentitur, præcessisse, aut concurrisse, seu præstò esse. Et ex his rebus, alibi jam *secutæ*, alibi adhuc *subsequentes*, ultiores tales morbidæ adfectiones, in suo *ordine* & *speciebus*, diligenter annotentur. Ex adverso verò, ubi tales veluti *fundamentales* causæ, neque præcessisse deprehenduntur, neque concurrere; an ibi usquam aut unquam, pares adfectus insequantur? Exceptis nempe & judiciosè discretis, veris *externarum*, fortuitarum, violentarum, causarum, effectibus: Quibus tamen prudentissimè utique etiam deinde ad latus poni potest illa comparatio, quibus *etatibus*, & præmemora-

tis reliquis circumstantiis, partim *prægressis*, partim *conjunctis*, adfectus hujusmodi, tam majore numero, quam *faciliore* eventu, obtingere soleant, etiam sine talium *violentarum* energiarum cooperatione: & iterum, quomodo illis subiectis, & antè omnia quidem *etatibus* aliis, quibus hi effectus ita per *accidentalem* vim eveniunt, quomodo inquam talibus, citra concursum hujusmodi *violentiæ*, iidem quoque, *sepius*, aut *variis*, *facilius*, & *pluribus*, aut *minus*, ipsò factò evenire observentur.

§. XLIX.

Ne verò hæc solertia, & per illam denique, sine speculatione aut fictione, sed juxta quotidianam, firmam & constantem experientiam, observanda harum rerum constitutio atque ratio, parùm fortè *USUS* habere reputetur, sed potius intelligitur verè necessaria esse, pro formandâ verâ *Methodò*, toti conspirationi causarum talium & effectuum, rectè destruendæ aut antevertendæ, elequemur etiam propterea ipsam nostram sententiam, pro *Pectoris* adfectuum certiore felici tractatione instruendâ. Ubi nempe ingentem utique utilitatem adsignamus, tempestivis *Ventilationibus sanguinis, præservatoriis*, seu præoccupatoriis. Quibus nempe, rectè mature susceptis, etiam totus eventus talium rerum feliciter passim præoccupatur: Ad minimum autem *exacerbationum* promittorum, tàm eventus ipse, quam impetus, ita occupatur atque enervatur. Quid verò, quod neque ipsis jam gravioribus pectoris adfectibus, *Ventilationes* sanguinis prudenter adhibita, sinè insigni usu manent. Loquor autem de ipsi *Phthisi*. Ubi, sicuti *vulneribus*, imò sano sensu etiam *ulceribus*, per tempestivas sanguinis *ventilationes* optimè consultitur, ne æque temere *inflammationes*, sive superveniant, sive prævaleant; Ita, cum in *Phthisi*, nempe *ulceratione* Pulmonum, omnis *moderatio* status & progressus, (sepositis violentis *externis* concursibus), quam maximè innitatur præoccupationi aut moderationi, quanta usquam obtineri potest, *Inflammationum* supervenientium: Quantum sanguinis *ventilatio* hujus exaspe-

ratiōi confert, atque subvenit, tantūdem conducit etiā
 p̄servatiōi *Phibiseos* ipsius *majori impetui*. Imò, siquid
 hujus adhuc sanandæ, spei superest, potest certè feliciori me-
 dicatiōis successui haud infirmum fundamentum hæc sub-
 sternere. Omnino verò D. D. Præses, pluribus experienciæ
 exemplis fretus, minimè mutat sententiā, quam de hoc ne-
 gotio, *Vene sectionis*, inquam, usu in *Phibisi*, dummodò de-
 xtrè instituat, jam aliquoties professus est.

§. L.

Tantò minus autem negligi hanc imposterum posse, u-
 bi jam quoquo modo ante hæc, siuè ipsa, siuè spontaneæ hæ-
 morrhagiæ, adfectæ sunt, constanter adseveramus; tam pro
 ipsius jam *Phibiseos*, majore vehementiâ præoccupandâ & e-
 nervandâ: Quàm præcavendâ, *Hemoptysi*, *Peripneumoniâ*,
 imò quibuslibet restitutiōibus æquè, cirè *pectus*, atque de-
 terioribus earundem successibus & effectibus. Quemadmo-
 dum reverà etiā *Asthmati chronico*, qualibuscunque vagis ex-
 asperationibus adfecto, *Evacuatio sanguinis*, præcipuè verò
largior, certissimum levamen adfert. Ita commeminimus
 viri, 60. annis adpropinquantis, à longo tempore *asthmatici*,
 sed & spirituum ardentium potui dediti; qui, cum aliquandò
 incidisset in spontaneam enormem *Hemorrhagiam narium*,
 quâ plùs tribus libris sanguinis intra decem horas profudisset,
 quasi evanescente simul & semel usitati *asthmatis* incommodo,
 per aliquot Menses ab eòdem planè liber mansit. Interim me-
 moratum nobis etiā est exemplum, ubi Vir, quinquagena-
 riò major, apertâ in brachio venâ, sed non factâ effatu dignâ e-
 vacuatione, vespèrâ illius diei adhuc, medio & ambiguo inter
oppletionem & *spasticam oppressionem*, more atque effectu, *suf-
 focatus* defecit: Erumpente etiā post mortem copioso san-
 guine, siuè è faucibus, siuè naribus, certè per nares & os. Oc-
 currunt autem talia exempla sæpius, in popularibus observati-
 onibus.

§. LI.

S. LI.

Secundam intentionem Therapevticam, collocamus, in Liberatione pectoris ab adfluxibus, quos vulgò decubitus vocant, nos congestiones appellamus; &, ex harum pertinaciore continuatione, nascentibus stagnationibus. Harum subiectum, nisi quidem potiùs objectum, si sit ipse sanguis, (eiusque eruptio per hunc locum, intentione destinata,) nisi præviâ ventilatione, ambiguum certè est negotium, sola Discussione tentare; de quà mox. Quandò verò, imprimis per qualemcunque pro hac intentione conceptam jam adsuetudinem, serose potius alicujus exclusionis per Pulmones aliqua intentio, & propter illam etiam contentio, subesse apparet; ibi longè præfertorem atque certiorum usum habent, deorsum, per alvum, Purgantia. Quorum ductum facilius sequitur abductio hujus materiæ ab ipso pectore, ad illas vias, per quas ordinario & legitimo planè progressu, Evacuatio ejus, in Oeconomia corporis veluti statuta atque destinata est. Undè quidem in Asthmate humidò, & Tussi humidâ catarrhali, tempestivo usu, etiam evidentissimos bonos effectus sortiuntur avocationes hujusmodi, à pectore ad inferiora. Neque certè malè fundatus hîc fuit, quantum ad experientiam, ad quam res suas refert, Sydenhamius, quandò Tusses, Infantum quoque seu puerorum, evacuationibus catharticis, quasi præcipuò remediò, expugnandas commendavit. Enimverò habent sanè non contemnendum, in ordine justò, pro hoc effectu, usum.

S. LII.

Discussio vero, seu Depulsio à pectore, est certè cceptum, verbis longè promptius, quàm ipsis rebus atque factis expediendum. Antè omnia circa hanc intentionem cavendum venit, ne discussionis opinione ejusmodi remediis locus detur, aut regimina talia in usum trahantur, quæ expandendo sanguinem exagitare, adeòque contentionibus ejus ad perruptiones, potius fomitem subdere quàm subtrahere, valeant. Id, quod

de calidioribus *Elixiriis*, *Oleis destillatis*, *Balsamis sulphuris anisatis*, *succinatis*, &c., imò ipsis *salsibus volatilibus oleosis*, certissimè valet. Sicut etiam ipsa usque *regimina sudorifera*, cum adsumtis *Essentiis*, aut ita dictis *Tincturis bezoar dicis*, nedùm jam nominatis *oleosis destillatis*, commendata, rarò aliquid solidi boni post se trahunt; vel potius sensibilibus *malis effectibus* destituuntur. Nos ad bonam spem præstandæ *Discussionis*, quàm maximè præsupponimus, in *Chronicis*, si commodum tempus pro *ventilationibus* sanguinis non adsit; aut etiam adfectus in se, tam prolixò apparatu non æque indigere videatur: Adminimùm *subductionem* seu *liberationem* alvi, ordinariè usitatà quantumcunque *majorem*. In *acutioribus* autem casibus, tam *Peripnevmonicis*, quàm exacerbatis *hectico phibificis*, præsert D. D. Præses constanter processum *placidum*, & *tempori* quadantenùs obsequentem, per *Absorbentia*, *Temperantia*, *Abstergentia*, & modèstè *Diaphoretica*, progredientem: Imprimis, cum nullum adhuc exemplum vidisse asseveret, veræ *Pleuritidis* aut *Peripnevmonie*, eum verè *acutà* febre coeptæ, quæ *Diaphoreticis* hujusmodi positivis, medicamentis & *regiminibus*, iterùm *discussa* sit, aut quocunque probabili, nedùm sensibili, modo, sublevata fuerit. In suo interim ordine, probamus *Absorbentia*, *moderatis acidis citri*, *aceto destillato*, imò *simplici*, quin *Tartari acido*, saturata. In *Chronicis* non possumus laudare *simplicia* *Absorbentia*; cum sapissimè *tenacem* mucum, propemodùm ad sensum augeant, certissimè verè soveant: *Antimonialia fixa*: Alio respectu: in *repercussione* ad interiora, & inde adfecto pectore, *sulphur*. Specialissimè verò, pro *discussione* à pectore, & imprimis in *Peripnevmonia*, laudamus *Corticem Cascarille*, post antè nominata, in usum tractum. Nequaquam autem postremi usus hic est, præcipuè etiam in *Chronicis*, *Radícula nostràs Pimpin: alb: umbellif:*. Ad *Evacuationes* autem *catharticas*, in *Chronicis*, laudabilem *præparationem* confert, prudenter tamen & modèstè usurpanda, *Squilla*: Tantò magis

gis in iis adfectibus *asthmaticis* aut *oppressivis*, quos *tumores* cedematosi post se traxerunt, aut fovere videntur.

§. LIII.

Alia *Alterantia* in pectoris adfectibus, & *Resolventia* atque *Discutientia*, quamvis minimè parvo numero passim legantur in unum acervum congesta, tamen maximè difficilem & ambiguum reddunt sui selectum, si experientia in suffragium vocari debeat. Nos laudamus *Veronicam*; non quidem æque sive ita *crudam*, sive leviori modo, *decoquendo*, *infundendo*, *extrahendo*, tractatam. Sed habemus ducem ipsam Experientiam, quod Liquor è *Veronica destillatus*, insusà per aliquot dies mediocri vino, & post aliquot dierum macerationem, facta destillatione, donec spirituosus sapor vix amplius sentiantur: Hoc, inquam, destillatum, ut *odorem* & *saporem* præter omnem expectationem, peculiarem offert, ita ad unam aut alteram unciam, manè & vesperi sumtum, & per plures dies continuatum, subveniat egregiè *chronicis* pectoris adfectibus. Cui etiam sociari, sub hac præparatione, *Saniculam*, *Pyrolam*, *Chereseolium*, & ubi succulenta ad manus est, *Matri-silvam*, non improbamus.

§. LIV.

Ad *irritationes* autem in pectore, nequaquam commendare possumus *Opiam*; postquam ejus etiam noxas, quas quidem B. Ludovici suo tempore jam notavit, tantum abest, ut improbare possimus, ut potius Commentario augere, jus fasque duceremus. Quando *justo tempore*, & in laudata *subordinatione*, administrata *Cascarilla* in veris pectoris adfectibus, *irritationes* non mitigat, quantum usquam prudenter expectari possit; tunc *Opium* certò *nociturum* esse, ab experientia cum attentione circumspecta, pro certissimo habemus: Pro evidentissimo verò etiam, quando *hectica* febris simul exasperata concurrat. Peculiare autem *Sedativum* pectoralium irritationem, esse *Extractum Tabaci*, multa coctione paratum, quoad vix ullum amplius odorem de se spargat, (cavendo ne

crudius, cardialgico-emeticum, in usum trahatur,) in præparatione & administratione bene versantem, ipsa experientia docēbit. Aded certè exquisitæ efficacix hoc est, ut etiam in *humida tussi*, & insigni *infarctu pectoris*, tussim ita *sistat*, ut nisi *appulsus* humorum cohibitus sit, (NB, id quod hoc Extractum non facit,) *suffocationis* periculum impendat. Aliam autem, & imprimis *somniferam, narcosin*, nullam exferere, tantò magis meritò singulare habendum.

§. LV.

EXPECTORANTIUM, eorumque usus, nullam hucusque mentionem à nobis factam esse, non pauci sine dubio mirabuntur. Sed vereor certè, ne adhuc magis hoc faciant, si audiant, quàm parum ipsis boni elogii tribuamus. *Te*tigimus rem, jam in ipsis præcedentibus Paragraphis; *Con*sistit autem maximè in eo, quod *Expectorantia*, quæcunque hoc nomen verius sibi vindicare possunt, non tam solum è *pe*ctore expellant, id, quod fortasse in illo præstò esse atque obhærescere potuit; sed revera totius è toto latifundio humorum, congectione *ad pectus* provocata, excretionem talem propriè *per pectus*, ita efficiant. Aded, ut etiam exemplum huius generis occurrerit, aliquoties jam à D. D. Præsìde, uti profectò meretur, bonæ, & circumspèctæ recordationi commendatum; ubi *Fœmina nobilis*, à V. circiter annis, (nempe XXXmo t. t. ætatis suæ,) *Asthma* constans *ficcum* tolerans; per omnes circumstantias probabilissimè, à supra indicatis *scirrhostis* collectionibus pendens, cum per tres annos sub *V. S. æquinoctialium* usu, & parcissima adsumptione temporariâ leniter discutientium, commodius longè habuisset, quam prioribus duobus, huius adfectus primis, annis: cura tamen non in integrum, ut quidem impatientiores contendunt, ita æquè restitueretur, superveniens autem inauspicatus promissor, hoc ipsum liberaliter polliceretur, & id ipsum per *tenacis mucis, fistulam respiratoriam oblinentis*, ejectionem effectum dare suscepisset, obtinuit quidem mox, satis etiam

iam largam atque promptam ejectionem, varæ *tenacitatis*, mucici: Sed aucta non solum hinc est, propemodum de hora in horam, tantò magis autem de die in diem, ad *suffocationis* periculum, *angustia* illa: Sed processit, post decimum fortè diem, sub magnâ intensione *hectici* caloris, (qui patientem antehac nunquam adhuc ad lectum custodiendum adegerat,) *Pus* & *cruenta* ejiendo, & per aliquot septimanarum decursum eâ constitutione vivere, ut neque quisquam alius, nec ante omnes Medicus, naturæ ejus vivacitatem satis mirari posset. Sic nisi ja eine Natur haben! cum emphasi, erat usitata ejus salutatio matutina. Confundebat autem omnem admirationem, illud, quod hæc constitutio, rariore tamen magis magisque *purulente* substantiæ proventu, exquisitè per sex Menses, nempe 26. septimanas, perennaret, dum interim ille, *faburram* hanc tandem utique exantlare pertinax, à remedii *Expectorantis* formula non desisteret: & omninò hunc scopum ita feliciter adsequeretur, ut Patiens singulis nyctimeris, à 2. ad 3. libras, mucii, cum gravissimâ tussi, rejiceret. Donec tandem, seposito hoc remedio, adhibitis autem lenissimè laxantibus, & discutientibus, etiam intrâ quatuor dies, successivè *evanesceret*, totus ille expectorationis impetus. Manifestariâ quidem energiâ *vividâ* naturæ quàm plurimum cooperante; &c. Ubi nempe evidentissimum erat, quid præsterint *Expectorantia* illa, ad *impellendum* atque *appellendum* ad pectus, imò tandem ibi etiam *expellendum*, tantum humoris, cum nulla alia vera causa, & nullus etiam aliàs hujusmodi effectus, in patiente præstò fuisset. Non hominem autem esse oporteret, ad credendum, quasi hic numerò mucus, qui duas tonnas implevisset, in illo pectore præstò fuerit & inhaeserit: Ad plebejam verò Philosophiam, Es werde dem Patienten alles zu Schlein / referenda sit fictio, *fermenti mucifici* illic inclusi: Uti que postquam, secta patienti venâ, (coorta spontanea *Hæmoptysi*, in tempore aliàs usurpatâ V.S., tantò magis hoc suadente,) imò adhuc ante illam, *sepositò* solum illò *expectorante* me-

dicamentò, omnis ejusmodi successus, de unâ vigilâ in alteram sponte cessaverit, ut omnes hujusmodi speculationes, ad spâta imaginaria damnaret.

§. LVI.

Undè quidem *Expectorantia* talia, potiùs tanquam vera *Purgantia per pectus*, intuemur; &, sicut varia *cathartica*, etiam in Massam sanguinis immediatè infusa, tamen ex hujus latifundio ad ventriculum & intestina pellere, aut ut pellantur humores, efficere, hodiè satis notum redditum est: Ita hæc etiam medicamenta, simile quid efficere, ad provocandum *impulsus* ejusmodi ad & per pectus, præmonstrante ipsâ experientia, tantò minus difficile erit comprehendere. Quapropter *Expectorantibus*, nulla alia sive intentione sive inventione seu *methodiâ*, utendum esse ducimus, nisi solùm tali, quali adhibemus alia *purgantia*: imò adhuc magis circumspectâ. Ut videlicet solùm illud ita propellatur, minimè *diuturno* usu seu continuatione, quod præsentia suâ pectori molestiam facefferre videatur: Minimè verò supervacua continuatione tali, potius *novus appulsus*, ad *opplendum*, imò *obruendum* pectus, inducatur. Nos fatemur rarissimos nobis innotuisse casus, ubi tali expulsionem cum novo appulsu, verè *opus* esset agnoscere aut observare potuerimus.

§. LVII.

Habemus autem, non inanes speculationes, sed Experimentiam, (tàm D. D. Præsidis, quàm qui hoc ejus consilium hucusque secuti sunt, majore numero exemplorum, quàm utique in otio, aut precaria praxi viventes credere in animum inducere possint.) duce atque testem, quid in promovenda *Expectoratione*, *directâ* atque *simplici*, nudâ inquam Evacuatione ejus portiois, quæ reverâ in pectore jam *præsto* est atque residet, NITRI simplicis, moderatus usus valeat. Quàm nihil autem interim *appellendo* ad pectus, aut *opplendo* seu *obviscando* in pectore, incommode agat, nedùm damni obiciat, evidentissimum esse potest, ex efficacia ejus, quam exhibet in

He-

Hemoptysi: Utpotè quam, moderatò, sed tamen *proportionatò*, ulu, & *certius*, & *tutius*, quàm quidquam aliud, sedat: sinè ullo sive *oppletionis*, sive excussionis, ulteriore sensu aut successu. Nobis autem fas est de his rebus veritati testimonium perhibere, qui operationis Nitri, (etiam, sub institoria quadantenus venditione, non semper ad plenam circumspèctam *ἀναρξίας* usurpati,) tamen non innoxia solum, sed magis positivè optima, efficacix, documentum petere possimus, à consumptione compositionum, quas hoc ingreditur, imò præcipuam partem, imprimis efficacix illarum, absolvit, ita copiosa, ut mirum non sit, magniloquos illos, suæ solum Præcos modulo omnia metientes, hic etiam credulitatem suam, (quâ tamen, quantum in suis nugis sibi ipsi indulgere soleant, monstrare prolixè possem Præses, si aliquod esset operæ pretium, imò solum temporis ita perdendi, excusatio,) in potestate non habituros: Cum nempè incorruptis arbitris etiam vades dare possemus, si vel maximè fortè ad paucos, tamen *Centenarios* utique librarum, consumtarum hujusmodi compositionum: Cum constantissimâ non solum, sed & magis magisque increbescente, exoptatissimæ efficacix laude: *Vulgarium* autem illarum nugarum, de efficacix Nitri *abvi provocatoriâ*, etiam indignabundo, certè verò justo, contentu.

§. LVIII.

Placet adhuc uno verbo mentionem facere, *Remedium*, ut alias in genere *Catarrhalibus*, ita etiam ad *pectus*, decubitibus, *SUSPENDENDIS*, ab antiquitate dicaturum. Fatemur quidem, nos his nihil æquè magnoperè tribuere; Tantò minus autem *plurium* talium elogiis aut usibus: Interim tamen unum horum, nempè *Massam Pitul. de Cynoglossa*, tantam aversionem non mereri, quantam adversus illam testatur *Casp. Hoffmannus de Medic. officin.* bonâ fide testari possumus. Et hoc quidem imprimis de *exiguis* ejus dosibus, ad paucissima grana; Siquidem i. ad 3. sufficere passim possunt, quibus non solum incommodum nullum post se trahit,

hit, sed etiam non contemnendæ efficaciam, impetuum immunitoriam, potestatem demonstrat. Possimus tamen etiam veritatem in testimonium vocare, 1) quod sub aliorum hæcenus laudatorum remediorum usu, tanto magis autem & verius iusta *methodo*, vix unquam talibus, quantumcunque etiam *narcoticis*, sit opus. 2) In Adfectibus autem, quibus *Febres* confortium jungunt, nequidem *usus*, quantumcunque etiam circumspiciatur, tantò magis autem *abusus* horum, sine sensibili mutatione in deterius proportionatà, succedat. 3) Extralem autem casum, minimum omnium reformidari hic mereatur nominatim, quod allegatus *Casp. Hoffm.* facit, *Semen Hyosciami*; nempe ut in hac proportione, quâ hanc compositionem subit.

§. LIX.

Cæterum ultimo omnium loco, paucissimis explicabimus, sententiam nostram, de pectoralibus *Specificis*. Profitemur nempe etiam de his iterum, mentem nostram, quam jam alibi, tanquam axiomate quodam edisseruit D. D. Præses, „quod illis *Morbis*, quibus per *rationalem methodum subordinatorum remediorum*, opem ferre licere, *permittere placuit*, „*summo Archiatro*, illis vera *Specifica* condidisse non equè videatur. Undè, cum etiam in *Pectoris* adfectuum indole: uti varia *mutua conspiratio* atque *successio*, locum invenit; quæ non, nisi *methodicis subordinatis* progressibus, intercipi, aut simul & semel tolli posse, appareat: Tantò minùs certè sanæ rationis modestia hoc expectare ausit, ut *una fidelia*, tam *diversi*, & tam longè *distiti*, parietes, ut habet proverbium, tanquam simul & semel, satis dealbari possint. Imò, etiam quam maximè hoc ipso in genere adhuc valeat, *Cautio* illa, generalius, seu latius, ad *Specificam* qualiacunque, meritò referenda; nempe, ne fortè *specialiore* aliquo tali effectu, una quidem *pars* corporis levare videatur: Interim, minimè sublato *nexu* harum rerum, quasi in se repulso atque ita *concentrato*, reliquo impetu atque nisu, adhuc maiora damna, & intractabiliores ef-

effectus & eventus inde succrescant. Enimverò, (utut effica-
cia illa non ad *specifica* remedia pectoralia pertineat, quod
Adstringentia Hemoptysin suppriment; tamen in co liuc con-
spirat effectus & eventus huiusmodi, quod nuda talis Hæmo-
ptyseos *represso*, familiarissimè post se trahat successiorem,
nimio deterioris, & vix unquam iterum in integrum, restitu-
endæ, *Phthiseos*. Undè utique semper iustissima est Ponde-
ratio illa atque æstimatio, an *Pectoris* etiam Adfectuum præ-
sentium, quod quidem communissimè fit, (exceptis, tandem
insolentioribus *adsuetudinibus, quâ talibus,*) *nexus* aliquis
Successuum inter se mutuò conspirantium, sublit: Cui proin-
dè, non nisi *methodicis subordinationibus*, ut in diversis *par-
tibus*, & diversis *progressibus*, secundùm rectam rationem ef-
ficaci tractatione subveniri possit.

S. LX.

Ut itaque hætenùs dicta, tanquàm brevissimò compen-
diò, per summos apices, repetamus; conducit maximoperè
Vena Sectio tempestiva, *Hemoptysi*; quin etiam *Peripnevmo-
nie*: Deniquè *Phthiseos exacerbationibus*: Præoccupandi
maximè seu *preservandi* scopo: Nequè verò etiam *Asthma-
tis*, aut sæpius insultantis ferocioris *Tussis*, præoccupationi
inutilis est. Omnibus, exceptâ *Peripnevmonia* & *Pleuri-
tide*, prodest *alvi solutio*: Maximè verò ultimis duobus adfe-
ctibus: Quibus etiam nunquam deesse debet. *Irritationes*, &
causas illarum acriores, partim *mitigat*, partim ad *evocua-
tionem* præparat atque promovet, *Nitrum*: *Temperant*, *ab-
sorbentia*, dictis modis tanquàm obiter *saturata*: *Lenit*, *se-
dat*, simulquè *discutit*, *Cori*, *Cascarilla*: *Resolvit* atque *di-
scutit*, *Rad. Pimb. albæ*. *Extracti Tabaci* ulum, licet verum,
tamen nequè nos magnoperè æstimamus, neque aliis temerè
utendum commendamus; tam propter *preparationis* neces-
sariæ facilè minus parem eventum: quam propter impen-
dentium hinc incommodorum majora momenta, si *errare*
contingat: Maximè omnium autem, quia, sub reliqua peri-
tâ

tâ *methodiâ*, talibus etiam *opus* non esse, constans experientia confirmat. Meritò verò, ad *Chronicas* pectoris imbecillitates, usum quoque magis *chronicum*, Destillati illius è *Veronica*, laudamus. Sicut ex adverso *Opium* ad hos Adfectus; *Expectorantium* promptum & multum usum: & *Traumaticorum* qualitercunque *Adstringentium*, aspernamur.

Ita verò, secundum rectam rationem incedentibus, experientia felix nunquàm deerit modo ad consilium rebus ipsis rectè applicandum, & auxiliorum felicem effectum, Benedictionis divinæ Præsidium supplicibus precibus advocare nunquàm obliviscamur: Id, quod & nos studiosè observare cordi habebimus; & omnibus aliis securissimâ fiduciâ suademus.

SOLI DEO GLORIA.



Pallas

** * * * * *



Allas und die *Castalinnen*
Gingen mit erweckten Sinnen
Unser Saal: *Athen* zu sehn:
Und kaum hatten Sie erwogen
Wie Du embsig eingesogen
Was *Hygeen* herrlich macht:

Als schon dieser Schluß gefallen
Daß Du wehrter Freund vor allen
Solst im *Doctor*-*Purpur* stehn.
Dieses hat auch eingetroffen
Denn Du kanst nun heute hoffen
Deiner sauren Mühe Lohn.
Drum lebe in unverstöhreten Glücke
Der Höchste besegne dich / was Du erwählst.
Er helffe! daß gar nichts Dein Wohlseyn verrücke/
So wirst Du zu denen / die glücklich / gezeht.

Dem Heren *Doctorando*, seinem jederzeit auf-
richtigen Freunde / schrieb dieses zu stetem
Andencken

Johann Phyllipp Glaser /
Soravia Lufatus Med. Cand.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Das Buch ist Eigentum der
Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
Magdeburg

Schwarz-Blau-Druck
Verlag Leipzig



Halle, Diss., 1710 S

ULB Halle

3

003 768 961



SB

1A 26

[Faint handwritten text]

Vol 18





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30

1710 39.
130-3
ATRO SUMMO DEO
UCE ET AUSPICE!
INAUGURALIS MEDICA,
QVA

LECTUS CTORIS,

MAGNIFICENTISSIMO,
PRINCIPE AC DOMINO,
PRO WILHELMO,

USSIAE, MARCHIONE BRAN-
AC DUCATUS MAGDEBUR
BERNATORE, RELIQUA,
REGIA FRIDERICIANA,
ULTATIS MEDICAE CONSENSU
PRÆSIDE

LO ERNESTO STAHL,
ER. NATUR. PROFESS. PUBL. ORDIN.
LEG. LONG. DIGN. FACULT. MEDIC. P. T.
ANO SPECTATISSIMO,
DOCTORE AC PROMOTORE SUO
atque Honoris Cultu et aetate colendo,

ADU DOCTORALI
DICINA HONORIBUS, Insignibus, & Pri-
more solenni legitime impetrandis,
UDITORIO MAJORI
Anno M DCC X. H. L. C.
ruditorum Examine subijcit

CUS GESNERUS,
RIGA SILESIUS. 1710
eris Christ. Henckelii, Acad. Typogr.